


B 2250.55



www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

ANECDOTA SACRA ET PROFANA.

www.libtool.com.cn

TOUT MANUSCRIT
GISECKE ET DEVRIENT.
LIPRIAL MCCCCI.

U
4
7

9

ANECDOTA SACRA ET PROFANA

EX ORIENTE ET OCCIDENTE ALLATA

SIVE

NOTITIA

CODICUM GRAECORUM, ARABICORUM, SYRIACORUM,
COPTICORUM, HEBRAICORUM, AETHIOPICORUM, LATINORUM,

CUM

EXCERPTIS MULTIS MAXIMAM PARTEM GRAECIS

ET TRIGINTA QUINQUE SCRIPTURARUM ANTIQUISSIMARUM EXEMPLIS.

EDIDIT

AENOTH. FRID. CONST. TISCHENDORF

PHIL. ET THEOL. DR. PALAEOGR. RIBL. IN ACAD. LIPS. PROF. PUBL. ORD. REGI SAXONIAE A CONSILIIIS AULICIS ORDINEM
IMPP. RUSS. S. ANNAE CL. II. CUM CORONA IMP. ET S. STANISL. CL. II. REG. SAXON. ALBERTI IMP. FRANC. LEONORIS HONOR.
REG. BOURSS. AQUILAE RUSSAE CL. III. REG. BAVAR. S. MICHAEL. CL. I. EQUIS REG. GRAEC. SALVATOR. CENTURIO REG.
RUSS. DE STELLA POLAR. REG. SARD. SS. MAUR. ET LAZAR. MAGNIFIC. PAT. AN ALBO FALC. CL. I. DUC. PARM. S. LUDOVICI
EQUIS REGIAE SOCIETATIS LITTERARUM LONDINENSIS ET INSTITUTI AEGYPTIACI SOC. HONORAE REGIAE SOCIETATIS
ACADEMIARUM UPSALIENS. SOC. EXTRA. SOCIETATIS HAGAEAE PRO VINCO. RELIG. CHRIST. SOC. AB EPIST. HISTOR. THEOL.
LIPS. ET ORIENT. GERM. SOCIUS ORDEM

EDITIO REPETITA, EMENDATA, AUCTA.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS HERMANNI FRIES.

1861.

~~12-12-5~~

B 3350.55

150 100 2.00

\$ 5.00

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn
PRAEFATIO.

Hic liber postquam anno 1855. primum editus erat, quum transisset nuper ad Hermannum Fries, virum honestissimum, petenti ut iterandae editioni consulerem non deeram. Consultum autem est ita, ut non modo praefatione indice aliisque renovandis plura scitu digna adderentur variisque emendationibus locus daretur, sed etiam ea libri pars, in qua de codicibus insignioribus nondum excussis agitur, multis quae nuperis itineribus acquisivi augetur.

Quae enim hoc volumine continentur, in duas partes dividi possunt, quarum prior in describendis ac passim exscribendis versatur libris antiquis mea opera ex oriente in Europam advectis, altera ex variis Europae et orientis codicibus excerpta complectitur. Quos codices priore parte complexus sum, ii ad duas collectiones pertinent: altera itinere orientali meo secundo abhinc annos octo comparata, nonnullis Museo Britannico et bibliothecae Bodleianae panlo ante cessis, anno 1857. exeunte ad bibliothecam Imp. Petropolitanae transit, cui locupletandae atque illustrandae liber Baro Modestus Korff, vir summus, ex longo iam tempore tanto cum studio tantoque successu prospicit; altera anno 1844. ex oriente allata posteaque additamentis aucta, exceptis quattuor libris Dresdam missis, ad bibliothecam universitatis Lipsiensis transit. Prior collectio codices comprehendit duo et triginta, Graecos quattuordecim, Syriacos duo, Arabicos duo, Rabbaniticos et Karaiticos, Hebraeis illos quidem litteris sed plerosque Arabica lingua conscriptos, quattuordecim. Altera collectio codices sexaginta quinque comprehendit, Graecos tredecim, Syriacos quinque, Copticos tredecim, Arabicos octo, Georgicos quinque, Hebraeorum Arabicos quinque, unum Samaritanum*), papyraceos Coptice Hieroglyphice Graece scriptos sex cum linteis fragmentis Hieratice scriptis; item Abyssinicos quinque et Arabicos Drusianos tres. Quorum in utraque collectione codices duodecim sunt palimpsesti, novem primum Graece, duo primum Syriace scripti; unus vero ex fragmentis palimpsestis lingua et ratione satis inter se diversis compositus est. Ex Graecis tres rescripti sunt Graece, unus Arabice, unus

*) Is nuperime accessit. Vide Cod. Tisch. LVI in indice.

Slavonice, quattuor Georgice. Item Syriacus uterque Georgice rescriptus est. Ceterum hi codices, inter quos eminent Graeci antiquissimo litterarum uncialium genere a quarto ad nonum saeculum scripti duodeviginti, paucis levioribus exceptis, ante me litteratorum hominum nemini innotuerant. Atque illud quidem singulari providentiae divinae beneficio contigisse arbitror, quod, ut hos inprimis praedicem, tot sacri codices annorum mille ac plus mille a communi plurimorum similium summae antiquitatis Christianae monumentorum interitu salvi ad nostra usque pervererunt tempora atque nunc ex indignis tenebris in lucem prodeunt.

In excerptis codicibus prioris collectionis paullo parcius eram quam in altera collectione: illos enim non tam in litterarum usum convertendi consilium erat, quam qua essent dignitate et quem litterarum fructum promitterent significandi; praetereaque multi eiusmodi sunt quos totos edere vel certe singulari libello tractare consentaneum sit: id quod in nonnullis nuper iam factum est. Item in describenda altera collectione, cuius codices duos dudum publici iuris factos in nota tantum respeximus, inprimis hoc spectatum est, ut accuratam singulorum notitiam praebentes ad accuratiora studia viros doctos invitaremus. Qua in re multo uberius de Graecis explicatum est quam de reliquis, quippe in quibus descriptio nostra non tam a nobis quam ab iis penderet qui linguas orientales profiteantur. Ad orientales enim codices nostros hi potissimum viri clarissimi studium contulerunt: ad Arabicos H. L. Fleischer et J. Gildemeister, ad Syriacos Frid. Tuch et J. Gildemeister, ad Copticos G. Seyffarth, ad Georgicos H. Petermann, ad Abyssinicos Frid. Tuch, ad Arabicos Drusianos H. L. Fleischer, ad Hebraeos et Hebraeorum Arabicos Ad. Jellinek, J. Fürst, (M. Steinschneider).

Plerique alterius collectionis codices, ut in ipso libro notatum est, meo insigniti sunt nomine. Quod anno MDCCCXLV, quo tota collectio ad bibliothecam universitatis Lipsiensis transibat, auctoritate factum est eorum qui illo tempore regis nomine summam universitatis nostrae curam gerebant. Ipsius vero regis Friderici Augusti nomine immortalis thesaurum meae collectionis principalem eo insignivi consilio ut „quum grati erga principem optimum devotique animi mei testis, tum eximiae eius circa bonas ac sacras litteras curae munificentiaeque monumentum exstaret“. Quae verba in dedicatione codicis Friderico-Augustani a me posita etiam ad totam collectionem bibliothecae patriae traditam valere volui: quod quidem, ut ipsa res quemadmodum peracta est manifeste docet, ita summum regis ministrum, ad quem ea res pertinebat, ratum habuisse luculenter testantur litterae eius datae ad me die 15. m. Mart. a. 1845., rursusque quae ob auctam a me collectionem d. 15. m. Nov. 1853. et d. 11. m. Oct. 1860. eadem auctoritate ad me pervenerunt *).

*) Ex errore fluxit quod de annis in me collatis scripsit auctor libri: Sr. Majestät des Königs Johann von Sachsen Besuch etc. Nebst einer Darstellung der Anstalten u. Sammlungen der Universität Leipzig 1858. pag. 94.

Nec vero praetereundum est, eam ipsam ob causam, i. e. ob collectionem illam codicum praestantissimorum patriae ac bibliothecae universitatis patriae cum eximia grati animi pietatisque significatione a me cessam, regis imperique nomine liberaliter prospectum esse, ut itinera mea et labores ad promovendas litteras inprimis sacras susceptos constanter persequi possem. Quod ut grato animo mihi praedicandum est, ita confido nunquam defuturos esse qui thesauros illos itineribus meis repertos conquisitosque gratulentur patriae.

Quae alteram libri partem occupant excerpta e codicibus bibliothecarum quae Venetiis et Taurini sunt, Parisiis et Carpentoracte, Guelpherbyti, Monaci, Hamburgi, Sanctogalli, Londini, Oxonii, atque etiam in variis terris orientalibus, ea et re et pretio satis inter se differunt. Deligenda erant ex magna eorum copia quae ex plurimis et occidentis et orientis bibliothecis collecta et ad varios usus reposita habeo. Retinenda inprimis ea videbantur quae singularem librum vel certe pro suo quodque genere editionem magis propriam sibi poscunt. Spero equidem ea quae data sunt inventura esse quibus digna studio videantur. Quos eosdem aequos existimatores futuros esse confido.

Quae ad libri finem fragmenta epistularum Pauli edita sunt, ea iisdem exscribenda typis curavimus qui ad novam collectionem Monumentorum sacrorum ineditorum a nobis adhibiti sunt, additis insuper accentuum spirituumque signis ad similitudinem manu scriptorum effectis. Quae typorum ratio ab ipsius codicis scriptura, quam tabula expressimus, non minus recedit quam a plerisque post sextum saeculum scriptis. At quae revera recedunt, ea propius ad antiquiora exemplaria accedunt, ad quae ipsi posteriores codices sunt compositi. Hinc est quod eosdem typos a similibus scripturis non plane alienos esse iudicavimus.

Totius libri et conscriptio et impressio quum laboribus aliis tum itineribus interrupta sunt. Inde excusari velim quae passim minus accurate edita sunt, correcta illa quidem, quoad fieri potuit, in indice.

Denique librum splendidis eorum nominibus decorare poteram qui itinerum meorum, unde totus pendet, patroni exstiterunt. Sed id iam alibi identidem factum est, nuperime in editione Novi Testamenti septima, atque est eiusmodi ut in meam magis quam illorum laudem fieri videatur. Recolentem quidem cum animo meo memoriam itinerum, in quibus inter annos 1840. et 1860. septennium consumpsi, illud mirum in modum delectat, quod longe a patria et ubique terrarum tot amicos ac fautores eosque magna saepe animi generositate et liberalitate inveni: quorum nunquam non grato animo recordabor.

Ceterum haec Anecdota quum primum anno 1855. prodibant, Alexandro de Humboldt „virosum altioribus studiis clarorum duci ac principi“ dedicavi. Quod his feci litteris:

Nec mirabere nec reprehendes quod operi huic nomen Tuum proposui. Ex annis enim tredecim, postquam primum Lutetiae Te videre mihi contigit, labores mei omnes ad

Te pertinnerant. Tu eos nosti, probasti, commendasti; Tu perpetuo favore Tu ornasti; Tu inter primos fuisti qui Germanico nomine dignos diceres. Quam laudem ut mererentur operam danti etiam illud enitendum erat ut Te nunquam non viderentur digni esse. Quod utrumque utinam revera mihi contigerit. Misi autem prae ceteris eum ad Te librum, quo exposui quae litterarum monimenta in itineribus meis orientalibus, deo id providente, ex monasteriorum pulvere, ubi per tot saeculorum seriem sepulta iacuerant, protraxerim inque vitam ac lucem vindicaverim. Esse in his quae pro summa antiquitate, raritate, argumenti gravitate, inter pretiosissimos bibliothecarum non Germaniae tantum sed etiam Europae thesauros numeranda videntur, scio quantopere Tu mecum et bonis litteris et ecclesiae sis gratulatus. Quod ut laetitiam meam non mediocriter auxit, ita admirabilem ingenii Tui altitudinem ostendit. Quum enim rebus iis quae a natura involutae videntur subtiliter investigandis immortalem gloriam quaesieris ac vero dudum sis consequutus, tamen a Te studioque Tuo minime aliena duxisti quae sacras litteras, quae dei spectant ecclesiam, tanto illam quidem nomine haud dignam nisi divina litterarum luce collustratam. Quae quum ita sint, toto animo delector quod librum hunc ut grati animi pietatis venerationis testem licet ad Te mittere. Quod dum facio, deum precor ut iuventutis illud quod senex semper conservasti nunquam a Te discedat, nec vero ipse, quem totum nunquam discessurum scimus, nisi sero a vobis discedas. Itaque vale. Scribebam Lipsiae diebus festis Pentecostes anni salutis 1855.

Ad haec quae ille rescripsit, Postemi d. 30. m. Aug. 1855., ea et ipsa lectoribus reddenda videbantur, non quidem ostentandi caussa quae vir summus cum tanta erga me benignitate atque indulgentia scripsit, sed ut inde indicari queat qua ille mente fuerit circa labores eiusmodi inprimisque litterarum sacrarum studia, a quibus eum abhorruisse sacrorum contemptores iactant. Rescripsit autem sic:

„Sie haben einmal wieder, verehrter Freund, mir ein ehrenvolles Zeichen Ihres treuen und liebeuswürdigen Wohlwollens durch die Zueignung Ihrer inhaltsreichen und wichtigen „Anecdota sacra et profana ex oriente et occidente allata“ gegeben! Empfangen Sie für diese schmeichelhafte Verherrlichung meines Namens meinen innigsten Dank. Es ist minder diese Verherrlichung, die mich rührt, als die Gewissheit, dass ich, der ich am frühesten Ihre Rückkunft im Vaterlande begrüsst und gern an der Verbreitung des Ruhms Ihrer grenzenlosen, fruchttragenden Thätigkeit gearbeitet habe, in meinem fast 86^{sten} Jahre so frisch in Ihrem Andenken lebe. Sie gehören zu den glücklichsten Reisenden unserer Zeit, aber glücklich sind Sie nicht durch Zufall; nein, Sie sind es dadurch geworden, dass Sie, mannichfach und gründlich vorbereitet, mit so seltenem Scharfsinn und eisernem Fleisse begabt, das Wichtige zu erkennen und als ächt historische Monumente zu bearbeiten wussten. Die „Tischendorfiana“, unter denen der Codex, dem Sie den Namen eines edlen geistreichen Monarchen vorgesetzt, durch sein hohes Alter glänzt,

haben allerdings mich vor allem angezogen. Sie bearbeiten, verehrter Mann, die Seite Ihrer ehrwürdigen Wissenschaft, in der aus Mangel an gelehrten Kämpfern und wegen der wohlthätigen Positivität des Gegenstandes etwas mehr friedliche Ruhe herrscht als in der heissen, unter so vielerlei Bannern und nach so vielerlei Absichten aufgewühlten dogmatischen Zone. Man sollte fürchten, diese Aufregung der Parteyen, durch unvernünftige Einnischung vieler Regierungen vermehrt, mindere in Deutschland das Interesse für den gelehrteren, linguistischen, historischen Theil der Theologie: aber ein Blick auf Ihre bereits erschienenen, so geschmackvoll ausgestatteten wissenschaftlichen Documente, und der Gedanke an die Möglichkeit des Erscheinens, die ich für Frankreich und selbst für England bezweifle, widerstrebt dieser Besorgniß.

Empfangen Sie, theurer Freund, die erneuerte Versicherung meiner ausgezeichneten Hochachtung und unwandelbarsten Anhänglichkeit.⁴

Dabam Lipsiae solemnibus paschalibus anni MDCCCLXI.

I. PAG. 1. USQUE 16. DESCRIBITUR COLLECTIO CODICUM ITINERE ORIENTALI MEO SECUNDO CONQUISITORUM.

- | | |
|--|-------------|
| I. Codex Graecus libri Numerorum palimpsestus saeculi quinti vel sexti. Absoluta iam hac descriptione totum edidi in Monumentis sacris ineditis, novae collectionis volumine primo, anno 1855. Supra scripti sunt Graecis litteris noni fere saeculi libelli tres patristici. Nunc Petropolitani | Pag.
1—2 |
| II. Codex Graecus palimpsestus fragmentorum Novi Testamenti. Fragmenta haec evangeliorum, actuum et epistularum Pauli pertinerunt olim ad codices septem, quorum tres sunt quinti saeculi, duo sexti, duo septimi. Edidi in eodem Monumentorum sacrorum volumine. Scriptura superimposita antiquissimae scripturae Georgica est, non ut in textu diximus Armeniaca. Nunc Petropolitani | 2—3 |
| III. ¹⁾ Codex Graecus uncialis evangeliorum Lucae et Iohannis integer, saeculo non tam VIII. quam IX. scriptus. Nunc Bodleianus Oxoniensis. Cf. Notitiam ed. cod. libl. Sin. etc. pag. 58. nr. 2. | 4—5 |
| IV. ²⁾ Codex Graecus uncialis evangeliorum quattuor, de quibus Lucae et Iohannis libri supersunt integri. Scriptus videtur saeculo nono. Nunc Bodleianus. Reliquas eiusdem codicis partes detexi in superrimo itinere orientali: vide Notitiam etc. p. 53. nr. 8. Ibi annus Chr. 844. subscriptus est | 5—6 |
| V. Codex Graecus uncialis, saeculi noni potius quam octavi, in quo maior pars libri Genesis superest. Nunc Bodleianus. Edidi anno 1857. in secundo Monumentorum sacrorum volumine | 6—7 |
| VI. Codex Veteris Testamenti Graecus saeculo nono adscribendus, in quo supersunt libri Iudicum et Ruth integri cum extrema parte libri Iosuae. Nunc Musei Britannici | 7 |
| VII. Codex Novi Testamenti Graecus cum maxima parte libri actuum apostolorum, anno Christi 1044 (vide infra p. 216.) scriptus. Nunc Musei Britannici | 7—8 |
| VIII. Fragmenta Graeca palimpsesta prophetae Iesaeae, eaque saeculi fere septimi. Rescripta sunt Georgice, non ut in textu dictum est Armeniaca. Nunc Petropolitani. Edidi primo Monumentorum sacrorum volumine | 8—9 |
| IX. Fragmenta Graeca palimpsesta alterius et tertii libri Regum. Quae folia Graece scripta sunt saeculo septimo vel octavo, post rescripta Georgice (non Armeniaca). Nunc Petropolitana. Edidi primo Monumentorum sacrorum volumine | 9 |
| X. Codex Graecus saeculi XI. vel X., in quo sunt duo Cassiani libelli Graece redditi. Nunc Musei Britannici | 9—10 |
| XI. Fragmenta palimpsesta, primum Graece decimo fere saeculo scripta, post rescripta Slavonice. Nunc bibliothecae Imp. Petropolitanae | 10 |
| XII. Fragmenta palimpsesta patristica uncialibus litteris saeculi quinti scripta. Post superscripta sunt Georgica (non Armeniaca) quaedam. Nunc bibl. Imp. Petropol. | 10 |

¹⁾ et ²⁾ Utrumque codicem, priorem siglo A., alterum siglo Γ insignitum, ad editionem Novi Testamenti VII. criticam maiorem diligenter adhibuimus.

- XIII. Fragmenta palimpsesta varia octo: duo his Graece scripta; unum primum Graece, tum Syriace, denique Georgice (non Armeniace); unum primum Coptice, tum Graece; unum primum Arabice, tum Graece; unum primum Syriace, tum his Georgice (non Armeniace). Nunc bibl. Imp. Petropolitanae 11
- XIV. Reliquiae octo codicum Graecorum uel aliarum non rescriptorum, quorum unus quinti, unus septimi, unus octavi, unus noni vel decimi, unus octavi vel noni, duo decimi vel undecimi saeculi erant. Nunc bibliothecae Imp. Petropolitanae 11—12
- XV. Folia palimpsesta 52 (num. 1), item illa 11 (num. 2), quorum prior scriptura est Syriaca, altera Georgica (non Armenica). Sunt reliquiae variorum codicum Syriacorum magna antiquitate insignium. Maras pars ad revisionem textus evangeliorum pertinet huc usque integram, cuius reliqua pars ex prolixa scriptura in Hierosolymitano genere est, cuius evangeliarum Romae servatur. Accedunt num. 3. folia duo eiusdem Georgici codicis absque antiquiore scriptura Syriaca. Nunc bibl. Imp. Petropolitanae. Cf. ad haec Notitiam ed. cod. bibl. Sinai. etc. p. 49., ubi de laboribus viri cel. Brusset circa Georgia ista fragmenta et Landii viri docti circa Syriaca relatum est 13
- XVI. 1. Codex Arabicus noni saeculi, in quo praeter fragmenta epistularum ad Romanos, ad Corinthios secundae et ad Hebraeos integrae habentur utraque ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem. Ad haec fragmenta accesserunt inuperine folia 151, quibus cum prioribus coniunctis totum epistularum Pauli corpus contineri videtur. Ceterum ad finem epistolae ad Hebraeos annis Christi 892. adscriptus est. Cf. Notitiam etc. pag. 67. Numero 2. accedunt fragmenta filii de descensu Christi ad inferos¹⁾, maxime insignia notatione anni p. Chr. 885. Nunc bibl. Imp. Petropolitanae 13—14
- XVII. Collectio codicum Hebraeorum et Arabicorum, maximam partem Hebraicis litteris sed lingua Arabica scriptorum necdum editorum. Nunc bibl. Petropolitanae 14—16
- A. Talmudici. 1. Compendium iuris Talmudici auctore Chajin ben Samuel Tudekensi. Codex scriptus est anno Christi 1461. 2. Scholia ad tractatus Talmudicos Nasir et Nedarim (dele „Nidda“ p. 15.) auctore Ascher Toletano. Codex scriptus est anno Christi 1364. 3. (1) Codex philosophicus, in quo insunt logica, metaphysica, physica²⁾. (Corrige textum, in quo iste codex praestantissimus Karaiticus adnumeratur). 15
- B. Karaitici. 1. (2) Cautica Karaitica³⁾. 2. (3) Rituale Karaiticum cum epithalamis 3. (4) Midraschim tres: de Abrahamo, de decem martyribus, de exitu Israelitarum. 4. (5) Varia fragmenta dogmatica⁴⁾. 5. (6) Homiliae 10 ad 10 Genesis et Exodi pericopae. 6. (7) Commentarius ad Geusim. 7. (8) Fragmenta commentariorum ad posticae Genesis, Exodi, Levitici, Numerorum. 8. (9) Commentarius ad librum Ieremiae. 9. (10) Commentarii ad Psalmos. 10. (11) Fragmenta commentariorum ad Iohann. ad Iohann. et Otham, ad Ezechielum, ad Proverbia, ad Iobum. 11. (12) Commentarius ad Threnos 15—16

¹⁾ Pag. 14. lio. 19. scribe iuncto pro iuncti.

²⁾ De isto codice M. Steinschneider, vir harum litterarum longe peritissimus, in Bibliographiae Hebraicae vol. I. (1858) pag. 19. sic: „Dieser Codex gewährt uns ein seltsames Beispiel, von welchem Nachtheil die Aversion christl. Gelehrten gegen das hebräische Buchstaben ist: wäre er mit arabischen Lettern geschrieben, so würde man in ihm längst eine der seltensten und wichtigsten Schriften eines berühmten arabischen Gelehrten — Gazzali — erkannt haben“; — — p. 21.: „Die Tischeudorfsche Handschrift ist zuerst Autograph des Said“ („dieselbe ist in meinem Jewish Literature p. 297. nr. 8. gemeint“). — — „Aus welcher Absicht Said das Werk des Gazzali unter einem fingierten Titel abgeschrieben, kann nicht mit Bestimmtheit angegeben werden“. — „Schließlich ist noch Jellinek's Bemerkung: der Verf. wird von Asulai erwähnt, als irrig zu bezeichnen“. — Accuratiora quaerentes über Steinschneideri doctum.

³⁾ Vide de his caustis Steinschn. l. I. p. 70 sq. et p. 105 sq. Quae medio in libro desiderabatur folia decem (non 18), mirum modo Petropoli suppleta sunt. Quam enim nuper Karaita doctissimus Firkowitch variorum cod. Petropolim attulisset, in iis inventa sunt ea ipsa folia quae nostro codici (inter fol. 138 et 139) deerant. Alia erant, teste ipso Firkowitch, Hierosolymis, nostra vero tota collectio Cahirae comparata. Habent sua ista libelli.

⁴⁾ M. Steinschneider illustravit in Bibliogr. Hebr. Nr. 11. (1859) p. 92 sq. iis quae in textu de singulorum fragmentorum scriptoribus notata sunt parum probavit.

II. PAG. 17—77. CATALOGUS EXHIBETUR CODICUM TISCHENDORFIANORUM BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS LIPSIENSIS CUM APPENDICE.

A. GRAECA.

- In nota exponitur de codice Friderico-Augustano et de cod. Tisch. I., qui uterque iam anno 1846. editus est pag. 17
- Cod. Tisch. II. palimpsestus, rescriptus Arabice. Foliis 17 fragmenta Numerorum, Deuteronomii, Iosuae, Iudicum continentur, edita a nobis in Fragmentis sacris palimpsestis i. e. volumine I. Monumentorum sacr. ined. Reliqua folia quique, quorum scriptura saeculum idem cum prioribus i. e. septimum prodit, ad opus grammaticae argumenti alibi pertinetur. Praeterea in marginibus scholia leguntur eadem cum textu antiquitate, quamquam alia manu scripta. Explicatur etiam de Arabice saeculo ut videtur nono supra scriptis. Horum exemplum el. Fleischer commentationi suae eo loco indicatae adiecit. Ceterum nuperissime eiusdem codicis folia alia sex a nobis reperta sunt, ut indicavimus in Notitia etc. p. 48. 17—19
- Cod. Tisch. III. quattuor foliis palimpsestis constat, utraque scriptura Graeca, priore argumenti patristici saeculum nonum, altera liturgica duodecimum prae se ferente 19—20
- Cod. Tisch. IV. codex quattuor evangeliorum integer cum additamentis pluribus, decimo saeculo scriptus. Afferuntur inde primum exempla synaxarii et menologii, tum totus Hippolyti Thebani de genealogia Mariae libellus; tertio loco comparatur epistula Eusebii ad Carpianum cum edito Lachmanni textu; quarto exhibetur programma quod dicitur de evangelio cum appendice; quinto afferuntur versus in Mattheum scripti, item alii in Marcum¹⁾, in Lucam, in Iohannem, cum notis de singulis evangeliiis. Denique plura lectionis exempla ex ipso evangeliorum textu adponuntur 20—29
- Cod. Tisch. V. palimpsestus, bis Graece scriptus. Prior scriptura noni fere saeculi continet evangelistarium, altera duodecimi saeculi psalterium. Ex hoc imprimis affertur psalmorum triginta (49—79) cum Vaticana editione collatio 29—34
- Cod. Tisch. VI. constat variis foliis tredecim, uncialium codicum septera reliquis. A.: fragmenta vitae Gregorii Nazianzeni. B.: fragmenta orationis eiusdem Gregorii. Horum utraque nonum saeculum produunt. C.: duarum homiliarum fragmenta septimo fere saeculo scripta. D.: patristica quaedam saeculi noni. E.: fragmenta liturgica decimi fere saeculi. F.: fragmentum lectionarii, quo superest Hebr. 1, 3—12. Textus totus adponitur. G.: fragmentum libri liturgici 34—38
- Cod. Tisch. VII. saeculi quarti decimi. Insunt varii Aristidis, Plutarchi, Libanii, Nicophori Gregorae libelli. Plura ex singulis specimina lectionis afferuntur 38—43
- Cod. Tisch. VIII. saeculi sexti decimi, continens anthologiam e scriptoribus classicis, ecclesiasticis. biblicis collectam 43—44
- Cod. Tisch. IX. variis partibus chartaceis constat. Prima quarti vel quinti decimi saeculi continet tonum synodicum in Barlaamum et Acindynum anno 1341 promulgatum. Iste libellus huc usque ineditus plene ex codice exscribitur²⁾. Quod postquam factum erat, cum nostro codice Oxoniensem Laudianum I. XXXII. passim conferentes, nusquam fere scripturae differentiam vidimus. Confirmat Oxoniensis liber etiam id quod in cod. nostro legitur: τὸ ἐν μέρει τῶ διὰ λόγων ἀναμνηστικὸν τῶν κληρικῶν τῶν πνευματικῶν ἀναβάσεων pag. 52. col. 1. exeunte 44—45
- In altera eiusdem codicis parte praeter liturgicas formulas quasdam varia historia leguntur, similia iis quae apud varios scriptores Byzantinos de historia patriarcharum Alexandriae, Antiochia etc. leguntur. Tertia pars continet thesnos Isaaci Anachoretae; quarta liturgica varia interpretatione Arabica plerumque adiecta; quinta canonem triadicum, opus eiusdem Metrophanis, in fine mutilum. Quod in secunda parte legitur Iustiniani imperatoris de coenobio montis Sinaiici decretum, pag. 56. et seq. plene adponitur, collatio insuper codice nunc Dresdensi olim Sinaitico 55—57

¹⁾ Pag. 27. lin. scribo *μεγέλις* pro *μεγέλις*.

²⁾ Pag. 51. col. 1. lin. 5. ab imo scribo *ῥεσάδις* et pag. 52. col. 2. lin. 15. dele punctum post *λίγιστος*.

Cod. Tisch. X. saeculi duodecimi, tres Gregorii Nazianzeni homilias continens integras cum initio quartae	Pag. 57
Cod. Tisch. XI. saeculi fere undecimi, fragmentum insignis menologii	57—58
Cod. Tisch. XII. quattuor codicum reliquiis constans. A.: excerpta varia ad Iohannem Lydum ut videtur referenda. Illic accurate exscribuntur, collatione Suidae et Codini instituta ¹⁾	58—64
B.: synaxarium saeculi tertii decimi. C.: fragmentum codicis evangeliorum duodecimi saeculi, continens Ioh. 12, 35—13, 2. D.: notitia impensae in codicem quattuor evangeliorum saeculo duodecimo factae	64—65

www.libtool.com.cn

Cod. Tisch. XIII. (ita pro XII. scribendum) maiorem evangeliorum quattuor partem continens, addita interpretatione Arabica. Scriptus videtur circa annum Christi millesimum ²⁾	65—66
Cod. Tisch. XIV. (ita pro XIII. scribendum) fragmenta antiquissima librorum Genesis et Exodi continens ²⁾	66—67
Cod. Tisch. XV. Insunt Nestorianorum hymni ²⁾	67
Cod. Tisch. XVI. fragmenta quinque continens, pleraque magna antiquitatis laude insignia. A.: fragmenta commentarii allegorici mystici in canticum canticorum. B.: historia quaedam Nisibene. C.: duo evangelii Marci fragmenta. D.: folium longe antiquissimum, continens categorias novem Aristotelis ²⁾ . E.: psalmi et precesiones vulgaribus Syrorum litteris saeculo fere tertio decimo scriptae	67—68
Cod. Tisch. XVII. sex codicum reliquiis constans, argumenti maximam partem liturgici	68

C. COPTICA.

Cod. Tisch. XVIII. Lectionarium integrum Memphiticum Arabicum, anno Christi 1450 scriptum	68
Cod. Tisch. XIX. Psalmodia Memphitica Arabica integra	68
Cod. Tisch. XX. Missale quadragesimale Memphiticum Arabicum integrum	68
Cod. Tisch. XXI. Piae meditationes Memphitice et Arabice	69
Cod. Tisch. XXII. Liturgiae Basilii, Gregorii et Cyrilli Memphitice et Arabice	69
Cod. Tisch. XXIII. Psalmodia Memphitica recentior	69
Codd. Tisch. XXIV—XXIX. Fragmenta membranacea varia maximam partem antiquissima, exceptis paucis martyrologiorum reliquiis	69—70
Cod. Tisch. XXX. Pars psalterii	70

D. ARABICA.

Cod. Tisch. XXXI. constans duorum codicum noni fere saeculi fragmentis. Folia altera duo ad evangeliorum interpretationem pertinent nondum cognitam, duo altera isagogica quaedam de evangelis et evangelistis continent. Utriusque fragmenti scripturam specimine expressit el. Fleischer loco sub textu indicato	70
Cod. Tisch. XXXII. apostolorum historias unam et viginti cum vita S. Abanup integras continens. Scriptus est saeculo fere quinto decimo	70—71
Cod. Tisch. XXXIII. sexti decimi saeculi. Insunt trium sanctorum vitae	71
Cod. Tisch. XXXIV. eiusdem fere saeculi homilias ex Graeco translatae continens	71
Cod. Tisch. XXXV. miracula et martyria variorum continens	71
Cod. Tisch. XXXVI. A.: historia Iohannis episcopi monasterii S. Sabae integra. B.: fragmentum brevioris ecclesiae Copticae. C.: fragmentum historicum	71
Cod. Tisch. XXXVII. saeculi fere tertii decimi. Fragmenta codicis biblici, cuius altera pars textum, altera commentarium continebat. Utriusque partis supersunt fragmenta plus uno nomine insignia	71—72
Cod. Tisch. XXXVIII. eiusdem saeculi tertii decimi, fragmenta continens versuosis epistularum Pauli e Coptico factae	72—73

¹⁾ Pag. 62. lin. 25. scribe 101. pro 171.

²⁾ Scripturae codicum XIII. XIV. XV. XVI. D. non tabula III. sed IV. representatae sunt.

E. GEORGIANA.

(Cum *Aethiopicis foliis aliquot.*)

Pag.

Cod. Tisch. XXXIX. Pars martyrologii ecclesiae Georgianae	74
Cod. Tisch. XL. Historia Arethae eiusque sociorum	74
Cod. Tisch. XLI. Duo folia psalmi continent, de decem reliquis nondum liquet	74
Cod. Tisch. XLII. Fragmentum liturgiae et index ad missale	74
Cod. Tisch. XLIII. A.: Quinque primi psalmi Aethiopice. B.: Quattuor folia palimpsesta bis Georgice scripta. C.: Reliqua sex antiquissima sed nondum lecta sunt	74

F. CODICES HEBRAEORUM ARABICI.

Cod. Tisch. XLIV. Midrasch de Mose Karaiteus	74
Cod. Tisch. XLV. Liber situs Karaitici Iero integer	75
Cod. Tisch. XLVI. Karaiticus 1) de ritu mensis Ab. 2) preces propheticae. 3) calendari- um Karaiticum in annos 34	75
Cod. Tisch. XLVII. Fragmentum operis Karaitici de historia naturali	75
Cod. Tisch. XLVIII. coniectanea Talmudica	75

G. PAPYRI.

Codd. Tisch. XLIX—LII. Fragmenta papyracea Coptica	75
Cod. Tisch. LIII. Fragmentum Hieroglyphicum	75
Cod. Tisch. LIV. Qui hoc numero in textu insignitus est codex, is nuper ad me rediit. Eodem vero numero iam insignienda sunt fragmenta fasciarum linearum textu Hieratico completarum et in sepultura Aegyptiorum olim adhibitarum. Tradidi bibliothecae fragmenta eiusmodi sex, in quibus versus quindecim superstites sunt. In unum coniuncta sunt formaque lignea inclusa et vitro munita. Haec supple- ad paginam 75.	75
Cod. Tisch. LV. Fragmenta papyracea Graeca triginta, quem numerum post auxi aliis similibus fragmentis septem	75

His nuperima donatione (d. 23. m. Sept. 1860.) accessit Cod. Tisch. LVI. Codex est
membr. isque ut videtur perantiquus foliorum form. maximae 160, continens
Pentateuchum inde a Genes. cap. 11. extr. usque ad Deuterou. cap. 4. litteris
Samaritanis scriptum.

APPENDIX CODICUM ABYSSINICORUM QUINQUE ET ARABICORUM DRUSIANORUM
TIDUM MEO ROGATU BIBLIOTHECIS UNIVERSITATIS LIPSIENSIS ET DRESDENSIS
REGIAE DONATORUM.

I. Cod. Abyssinicus Dresdensis. Inest vita Walatae Petri cum miraculis eius. Accedunt traditiones de sanctis Cyrillio et Iohanne. Praeterea foliis 34 utraque parte pietis miracula Walatae Petri representantur	Pag. 76
II. Cod. Abyssinicus Lipsiensis. Insunt laudes trium patriarcharum et sancti Georgii, item sanctae trinitatis, Iesu, ecclesiae, prophetarum aliorumque cum lectionibus aliquot et precationibus ecclesiasticis	76
III. Cod. Abyssinicus Dresdensis, lectiones biblicas cum laudibus Mariae et Iesu continens	76
IV. Cod. Abyssinicus Lipsiensis, expositionem alphabeti Aethiopice scriptam continens V. Volumen Abyssinicum cum picturis et precibus. Est ex amuletis adversus ma- los spiritus. In bibl. Reg. Dresd. servatur	76
VI. VII. VIII. codices Drusorum Arabici, quorum duo nunc Dresdae servantur, unus Lipsiae	76—77

III. Pag. 77—212. EXCERPTA EXHIBENTUR EX CODICIBUS IN VARIIS EUROPAE ET
ORIENTIS BIBLIOTHECIS A ME EXCISIS.

I. Refertur de Homiliarum Clementis Romani quae feruntur (ita corrigo male impres- sum p. 77.) duobus codicibus hucusque incognitis, altero orientali, altero Italico ¹⁾	Pag. 77—85
II. Exhibitur fragmentum Parisiense Epitomes quae dicitur Clementinae ²⁾	85—93

¹⁾ et ²⁾ Excerpta ista (p. 77, lin. 7 ab initio scribe Schwegleri, p. 78, lin. 14. tituli loco, p. 79, lin. 1 post
γγορις ceciderunt verba: καὶ ἀνέθετα, p. 86, not. 2. scribe: voluit eo, p. 88, lin. 11. nescio an ἐνδύειται eden-

III. De Constitutionibus Apostolicis in codice bibliothecae montis Sinaitici . . .	93—95
IV. Excerpta plura ex incognito — sed nuperrime editum est e cod. Mosquensi — Georgii monachi Hamartoli chronico, quemadmodum in codice Parisiensi saeculi decimi legitur, adhibito passim altero recentiore. Primo loco exseribuntur quae res Petri et Simonis magi in urbe Romae gestas spectant. Sequuntur quae sunt de Iacobo iusto. Tercio loco adduntur quae de Tiberii circa Christum studio, item de Abgari regis et Christi epistulis narrantur . . .	95—103
V. Brevis de libris prophetarum commentatio ex celebri codice Veneto nuciati octavi vel noni saeculi (ita scribe p. 103, lin. 5, pro saeculo) . . .	103—109
VI. Epiphani qui fertur de prophetarum viis libellus ex duobus codicibus decimi saeculi exseribitur . . .	110—119
VII. Epiphani commentatio de adamante gemma summi Hebraeorum pontificis, ut est in Coislina. codice . . .	119—120
VIII. Irenaei fragmentum ab Anastasio servatum ex antiquissimo codice Coisliliano emendatur . . .	120—121
IX. Fragmenta sermonis S. Theophili archiepiscopi (Alexandrini) de cruce et latrone ex papyris Copticis Taurinensibus hausta et Latine versa . . .	121—124
X. Nominum Hebraeorum interpretatio ab editis lexi cuiusdam Origeniani fragmentis satis diversa in cod. Coislina. inventa . . .	124—128
XI. (per errorem impressum X.) Excerpta libelli cuiusdam archaeologici qui Elphi Romani esse dicitur . . .	129—130
XII. (per errorem impressum XI.) Variantes lectiones codicis actuum apostolorum nunc Londinensis, supra pag. 7 sq. numero VII. notati. Istam lectionum annotationem pag. 216. retractavimus . . .	130—146
XIII. Liber Theonis Smyrnaei de astronomia ante paucos annos ex uno codice eoque recenti primum editus, a me vero dudum in codice antiquiore Veneto inventus, Celestes versus Alexandri Actoli de stellis errantibus ad duos codices exierunt, quorum unus reliquis hucusque cognitis multo praestat . . .	147—148
XIV. De evangelistario unciali Carpentraeensi explicatur . . .	148—151
XV. Exponitur de antiquissimis textibus quum Graecis tum Latinis in celebri codice Guelpherlytano Originum Isidori palimpsesto inventis. Breviter dicitur de duorum codicum textus evangelicis reliquiis Graecis, item de Graecis Galeni et de Latinis commentarii in epistulas Pauli ut videtur fragmentis. Plene vero adscribitur Latina interpretatio fragmentorum epistolae ad Romanos Gothico-rum: 11, 33—12, 5. 12, 17—13, 5. 14, 9—20. 15, 3—13. (155—158). Item accuratius tractantur fragmenta Latina libri Iob (exseribitur textus ad 8, 1—21) et libri Iudicum (exseribitur textus ad 1, 28—36, 1, 16—22, 6, 13—18). In nota paginae 163. de Latino evangeliorum codice Taurinensi refertur . . .	151—153
XVI. (XVI. etc. non XV. etc.) De lectionario Latino omnium facile antiquissimo in codice Guelpherlytano palimpsesto Prosperi Aquitani invento. Lectionis exempla afferuntur ad Mt. 26, 67—27, 1. Ioh. 18, 26, 20, 28, 1. Tim. 3, 1—5. 13, 4, 13—16, 5, 22. 2. Tim. 2, 15. Ioh. 21, 15—17. Act. 4, 9—12. Iesai. 40, 26 sqq. . .	153—163
XVII. Refertur de evangeliorum codice Graeco Guelpherlytano, addito lectionum delectu . . .	164—169
	169—171

dum fuerit, ibidem lin. 20. post *ἡν* addit *ἀπορρα*) postquam Frid. Wieseler, et. univ. Gotting. Prof., anno 1857. in summo critico verticillat in Exercitationum criticarum in Clementis Romani quae feruntur Homilias Pars I., anno 1859. Alb. Dressei vir clar. ad edendas Clementinorum Epitomas duas etc. adhibuit. Cui operi appendicis loco accesserunt Friderici Wieseleri annotationes, prioribus Exercitationibus longe locupletiores. Equidem laus ante l. e. m. Febr. 1857 in: Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft etc. p. 23. retractaverunt quae de cod. nostris, quorum similitudo in bibl. Reg. Monac. inveniamur, infra dicta sunt. Hi inter alia haec scripserunt: „Die Schrift geht den größten Theil hindurch dem Texte der Homilien so parallel, dass sie als ein nükstler Ausfluss aus diesen zu betrachten ist, und nicht sowohl eine Epitome als eine Recension der Homilien darstellt, welche nur in besonders wichtigen Stellen eigenmächtig den alten Text verlässt. Dieser Charakter ist ganz von der Art, dass wir hier jenseits alte christliche Recension der Homilien möchten wieder zu erkennen haben, welche neuerdings mehrfach, besonders von Uhlhorn, besprochen worden ist“.

	Pag.
XVIII. Ex anthologia codicis Calirensis saeculi decimi plures afferuntur Philonis Iudaei sententiae. In nota pag. 172. emendatur locus ab Angelo Maio male editus	171—174
XIX. Eduntur fragmenta epistolae Pauli utriusque ad Corinthios (190—205) et epistolae ad Hebraeos (177—189) ex codicis uncialis reliquiis, alteris Londinensibus, alteris olim Uffenbachianis nunc Hamburgensibus ¹⁾	174—205
XX. Hymni sacri: Luc. 1, 46—55. 68—79. e codice Guelpherbytano litteris uncialibus noni saeculi scripto afferuntur	206—208
XXI. De codice epistularum Auguensi	209—216
In nota collatio codicis det. app. 10 ⁴ (pag. 130—146) corrigitur et suppletur	216
XXII. Ex codice Vaticanensi excerptantur quae ad Irenaeum faciunt fragmentorum Menandri, Euripidis, Sotionis, Hyperidis, Aristophanis, (Aeschyli,) Sophoclis, (Lamblicii,) Herodoti, Babrii, Clementis Romani, Ignatii, Irenaei, Clementis Alexandrini	217—222
XXIII. De codice palimpsesto monasterii S. Sabae, in quo sex antiquiores scripturae repertae sunt, et quidem Euripidis, Gregorii Nazianzeni aliorumque	222—224
XXIV. Inducuntur epistolae duae manu Germani et Sophronii patriarcharum scriptae	224
XXV. De libris palimpsestis in monasterio S. Crucis prope Hierosolimam a me inventis	224 sq.
XXVI. De codice Sophoclis Calirensi	225 sq.
XXVII. Ex codice Patmio varia scholia Hippolyti Romani emendantur, imprimis quae nuper primus Ang. Maius e catenis Romanis edidit	226—230
XXVIII. Emendantur quae Montefalconius in Bibl. Coisl. pp. 193 sq. circa libros canonicos et apocryphos e cod. 120. edidit	230
XXIX. Fragmenta Itala capp. 17 et 47. prophetiae Ieremiae e cod. palimps. Sangallensi proferuntur	231 sq.
XXX. De codicibus duobus palimpsestis Sangallensibus, in quibus supersunt fragmenta versionis Novi Testamenti Hieronymi antiquissima. Ex cod. Sangallensi saec. VII. praebentur exempla versionis psalmorum Italiae	233—235
XXXI. De cod. Graeco palimpsesto Monacensi, cuius in scriptura unciali actuum Thomae et prophetarum fragmenta reperi	235—237.
XXXII. Psalterii Graeci Latinis litteris scripti e cod. Sangallensi saec. IX. exhibentur specimina	237—239
XXXIII. Specimina martyriorum Pauli et Petri ex codice Patmio vitiosissimo saeculi IX.	240
Sequuntur: Tabularum index, Tischendorfianorum operum index (241—244), Tabulae quattuor (245—252).	

¹⁾ Corrige p. 185. lin. 17. *τὸτε* pro *πότε*, p. 186. lin. 45. *ὁθις* pro *χθις*, p. 188. lin. 23 sq. *τοις αἰσιν* γ. *Θιαις*, p. 195. lin. 35. *παρεκαλεῖσθαι* pro *παύσαι*. Quae errata quam segre feram, iam in Prolegg. ed. N. T. VII. p. CXC. significavi.

Codex Veteris Testamenti Graecus membranaceus palimpsestus foliorum 44 in 4°, si veterem sequeris scripturam, 88 in 8°, secundam si sequeris. Prior scriptura, quavis pagina 25 versibus continuis composita, nullis accentibus, litteris uncialibus pulcherrimis, quinti vel sexti saeculi est. Continet has libri Numerorum partes: 1, 1—30. (sunt folia duo) 1, 40—2, 14. (foll. 2) 2, 30—3, 16. (foll. 2) 5, 13—23. 6, 6—7. 7. (foll. 2) 7, 41—78. (foll. 2) 8, 2—16. 11, 3—13. 11. (foll. 4) 13, 28—14, 34. (foll. 3) 15, 3—20. 15, 32—16, 31. (foll. 3) 16, 44—18, 4. (foll. 2) 18, 15—26. 21, 15—28. 22, 30—41. 23, 12—27. 26, 54—27, 15. (foll. 2) 28, 7—29, 36. (foll. 4) 30, 9—31, 48. (foll. 4) 32, 7—33, 5. (foll. 3) 35, 3—17. 36, 6 usque finem. Textu consentit saepe cum Alexandrino codice contra editionem Vaticanam Romanam, neque rara cum reliquis testibus nostris antiquissimis contra utrumque facit. Sunt etiam quae omnium solus eaque bene tucatur. Ita, ut exempli caussa ipsum primum folium videamus, quod continet 26, 54—27, 2. *τὴν κλέρονομίαν αὐτῶν usque τῶν ἐσχάτων καί*, versu 57. habet *δῆμος ὁ Γεδσοῶν* (pro *Γεδσοῦν*) et *δῆμος ὁ Κααθ* (pro *Κααθ*): quae scriptura conferenda est cum *δῆμ. ὁ Χιζσοῶν* v. seq. in codice Alex. Versu 58. codex palimps. noster ubique facit cum Alexandrino; in utroque enim legitur *καὶ δῆμος ὁ Χιζσοῶν καὶ δῆμ. ὁ Ὀμοσὶ καὶ δῆμ. ὁ Κοσὶ*, item *Ἀμψοῶν*. Versu 59. rursus in utroque est *τὸ γενναῖος Ἀμψοῶν Ἰσραηλῆθ*, item postea *Ἀμψοῶν*. Versu 60. uterque habet *ἐνίθουσαν ἐν ἐνίθουσαν*; item v. 62. *συνεπισκ. ἐν τοῖς νόος* pro *συνεπ. ἐν μύσων νόων*, et *κλῆρ. ἡμῶν* pro *κλ. ἐν μύσων*. Versu 63. Alex. solus *οἱ* cum *ἐσ* commutat et v. 65. omittit *κίχμος*: quod utrumque male habet. Exeunte vero capite et Alex. codex et noster *νόος Νανὴ* pro *ὁ τοῦ Νανὴ* praebent. Versu 1. capituli 27. lectiones codicis Alex. *Μαχίρ* et *Αἰλά* etiam in nostro codice sunt, non item *Μακρυσσὶ* et *Μαλῶ*. Versu 2. noster codex ubique habet *ἐκαστὸν* pro *ἐκαστῶν*. Lectionum imprimis notabilium nec dum alibi inventarum exempla haec habet: 14, 23. *ἢ ὁμοσας τοῖς πατριῶν σου*. Pro *σου* plerumque legitur *αὐτῶν*, nisi quod in uno codice est *ἡμῶν*. 31, 16. *ἐκαστὸν διδωγῶν*. Eadem nominis forma unus videtur Origenes, prope accedente Slavonica versione Ostrogensi, in qua exprimitur *Βελπεγῶν*. In uno tantum codice et apud Chrysostomum inventum est *Φιγῶν*, in omnibus vero reliquis testibus et editionibus habetur

Φωγράφ. 33, 3. *Ῥωμασῶν*. Hoc cum solo interprete Copto commune habet pro vulgari lectione *Ῥωμασῶν*. Præterea codex noster insignis est 1) eadem qua Alex. codex constantia formarum grammaticæ Alexandrinæ, ut *ἐμμετρίως*, *παρασκευαστα*, *ἀποθνήσκει*. 2) notatione capituli una cum argumentis in margine apposita. Quæ capitula, satis diversa ab usu codicis Coisl. I. (cf. Montfaucon: Biblioth. Coisl. p. 18 sqq.), similitudinem habent eorum quibus Tertullianus usus est *). 3) numero stichorum in fine libri addito. 4) subscripto nomine librarii *Ἰωάννου μοναχοῦ αἰγυπτίου*. Nota ejusmodi, quod sciam, ex nullo alio tantæ antiquitatis codice innouit, necur in his codicibus tanta literarum Alexandrinarum elegantia conspicuus non a solis calligraphis Alexandrinis exarari solitos esse.

Altera scriptura et ipsa uncialibus litteris exarata est videturque ad nonum sæculum referenda esse. Continet tres libellos patristicos: primus, ejus initio quædam desiderantur, vitam Mariæ Aegyptiacæ tradit usque pag. 78; alter per pagg. 54 Johannis Damasceni homiliam *εἰς τὸ γένθλιον Μαρίας*; tertius hucusque ineditus vitam Xenophontis et Mariæ filiorumque eorum Arcadii et Johannis pagg. 46, in fine mutilus. Textus homiliae Johannis Damasceni, quemadmodum ad libros mss. a Lequien editus est, sat multis locis e nostro codice emendandus est. Ita pro *ἐκ πρὸς ποδοῦντος*, in codice est *ἐκ τῆς ποδοῦντος καὶ αἰθέρου*, pro *πῶς τὸ πρόσωπόν σου τὸ χαρὴν* ibidem legitur *πῶς τοῖ προσώπων τὸ χαρὴν*, ad verba *ὃν ἰδὼν καύχημα* codex addita habet *βασιλῶν στήθημα*, item καὶ ἀπὸ παρθένου ad καὶ μετὰ τὸν παρθένον, pro τὸ ἐπὶ μητρικαῖς γενόμενος καὶ φοβερὸν ταῖς ἀποστατικαῖς δυνάμεσιν codex habet τὸ ἐπὶ μητρικαῖς ἀγκύλαις γενόμενος καὶ φοβερὸν ταῖς ἀποστ. πύσιν δυνάμ., pro δὲ ὁ πρὸς ἀρχηγιστον πατέρα προσαγομένην ἐκζητήσιν codex habet δὲ ὁ πρὸς τὸν ἀρχηγιστον πατ. προσαγ. ἐκζ. Præterea etiam hæc altera scriptura formas ut *ἰσχυρίστησαν* (fol. 55. verso), *σὺλλεγμεν* (fol. 54. verso) retinet, in ipsais codd. uncialibus sequioris ævi satis raras. Nondum inventus est, quod sciam, codex palimpsestus Graecus cujus recentior scriptura Graeca tantam antiquitatis laudem habet.

Codices Veteris Testamenti eadem fere antiquitate insignes in Europae bibliothecis habentur duodecim: ex his librum Numerorum non exhibent nisi quattuor.

II.

I (I¹-7)

Fragmenta Novi Testamenti membranacea palimpsesta foliorum 28 (i. e. 20 simplicis et 4 duplicis sive majoris formae), quorum antiquissima scriptura Graeca superimpositam habet Armeniacam. Folia 7 ad evangelium Matthaei (14, 13—23. 17, 22—18, 3. 11—19. 19, 5—14. 24, 37—25, 1. 32—45. 26, 31—45.), 2 ad evangelium Marci (9, 14—22. 14, 58—70.), 5 (4) ad evangelium Lucae (7, 39—49. 18, 14—25. 24, 10—19.), 8 (5) ad evangelium Johannis (4, 52—5, 8. 11, 50—12, 9. 15, 12—16. 2. 19, 11—24. 20, 17—26.)

*) Ea de re agit Ern. Grabius in Prolegg. ad editionem cod. Alex. cap. I. § 7. ubi ex Eclog. Moisaicis plures capitum Pentateuchi notationes affert.

pertinent; item 4 ad actus apostolorum (2, 6—17. 13, 39—46. 26, 7—18. 28, 8—17.), 2 ad Pauli epistulas (1 Cor. 15, 53—16, 9. Tit. 1, 1—13). Textus quavis pagina duabus columnis scriptus est, exceptis foliis duobus quae unam tantum continuum columnam habent. Versuum numerus variat; passim 29 inveniuntur, semel non plus quam 18. Maxima horum foliorum pars saeculo quinto adscribenda est; alia nonnulla, quorum scriptura similis est fragmentis evangeliorum siglis INF insigniri solitis, ad sextum pertinere videntur; duo vero actorum folia, quae textum quavis pagina continuum nec prorsus sine accentibus conscriptum exhibent, item tertium actorum folium unciali charactero oblongo scriptum septimum saeculum produnt. Nihilominus dubito an singula folia, nisi forte tria illa actorum folia exceperis, ipsius textus bonitate differant. Consentiant autem haec fragmenta palimpsesta cum codicibus Novi Testamenti antiquissimis et celeberrimis ABCD tantopere, ut illorum in numerum et ipsa recipienda sint. Quod ad pauca haec exempla satis iudicari poterit. 1 Cor. 15, 54—16, 7. confirmant v. 54. lectionem codicum AC* 17. *τῶν ἀθανάτων*; ibidem omittunt cum C* 64. 71. *τὸ θρασυὲς τοῦτο ἐνδύσεται ἀσθαια. καὶ*; ter consentiant cum BD* formam *νύκας* exhibentibus. Qua cum forma componendae sunt similes per hos versus in cod. palimps. nostro scriptus *γινεσθαι, ἀμετακινήτοι, λογίαι, ἐπιμενο*. Versu 55. *νύκας*; et *κίερος* eodem ordine collocata habet quo BC 17. 64. 71., item bis habet *θάνατε* cum BCDEFG 39. 67.* Versu 2. lectionem *συνβέβηκον* cum ABCDEFG 17. 109. (in margine) tenet, ibidem cum solo B habet *ὅτι ἐὰν*, et *ἐνδοθεῖ* cum ACK et minusc. codd. aliquot. Porro confirmat lectiones *οὐκ ἐὰν*, *ἀντὶ τοῦ*, *ἐλπίστο γὰρ*, *ἐπενεργή*, quas plerique codd. unciales cum pluribus aliis tuentur. Praeterea v. 53. *τῶν ἀθανάτων* solus habet, id quod bene convenit cum eadem lectione v. 54. simul in codd. AC* inventa. Versu 58. habet *ἐγγὺς κείνων*, accedente uno cod. 109. qui cum testibus Alexandrinis facere solet. Versu 6. habet *πρὸς ἑμὲ; γὰρ* et v. 7. *οὐ θάλα δέ*, quarum lectionum testes nondum reperti, certe nondum notati sunt. Quae vero his locis Paulinis, eadem in evangeliis et actis apostolorum codicis palimpsesti nostri indoles est. Ita Joh. 20, 18. *ἀγγέλουσα* confirmat, in solis ABX inventum, v. 19. *τῇ μὲν συνβέβηκον* cum solis ABL et *μαθηταὶ* absque *συντηγμένοι* cum ABD aliisque 3 minusc., v. 20. *ἰδοὺς* et *τῶν πλεον. αἰσίοι*; cum solis ABD. Versu 25. auctoritatem augeat lectionis *τότων* pro *τίσων*, quam codicum uncialium solus A tuetur, sed etiam patrum lectio fluctuat cum codd. BD, BDL, BLA iisque fere solis facit; habet enim ἢ οὐ δαεῖτε *ἄρα, ὁ κίερος*; absque *αἰσίοι*, *οὐατίαις* pro *θραυστίαις*. Praeterea in margine textus evangelici sectiones Ammonianae notantur, sed pariter atque in codice Ephraemi Syri rescripto absque canonibus Euscbii.

Codices Novi Testamenti pari fere aetate hucusque innotuerunt 11 (ABCDPQZT, E actorum, D et H epp. Paul.), quorum 5 (PQTZIH) minorem fragmentis nostris ambitum habent et quattuor (CPQZ) pariter sunt palimpsesti.

III.

A

Codex Graecus membranaceus uncialibus litteris octavi saeculi quavis pagina duabus columnis scriptus, foliorum 157 in 4°, evangelia Lucae et Johannis integra continens, praemissis capitulorum indicibus, superstite insuper subscriptione evangelii Marci. Ex numero est codicum evangeliorum EFGHKMSUV; sed non tantum prae his omnibus ad antiquissimorum accedit textum codicum, verum etiam passim magna lectionis singularitate conspicuus est. Exempli causa Joh. 3, 1—36. quinquies plenam codicum uncialium auctoritatem confirmat; locis 17, ubi eorundem dissensio est, 13 cum A etc., bis cum B etc., semel cum C etc., semel cum C***GHMUV (tacentibus pluribus antiquioribus) facit; 14 locis lectiones ad ingenium codicis probandum inprimis aptas habet: quater de uncialibus codd. solum D socium habet: v. 3. *κατατα* (hoc praeter D versiones Aegyptiacae et Latini aliquot codices tueruntur); v. 15. *ἀπὸ τοῦ οὐ* et *ὁ ποιῶν με*; v. 34. *ἐν τοῖς ποταμοῖς*: semel de codd. uncial. solum A (v. 19. *ἐκτός ποταμῶν*): bis de codd. uncial. solos EM (v. 19. et v. 27.); bis de codd. uncial. tantum C*LD et C*LGK (vv. 10 et 11.); semel (v. 14.) socios non habet nisi F et Coptum. Versu 36. confirmat codicum ABEGM lectionem *μὴ* (a Lachmanno receptam) pro *μή*; v. 18. comitibus solis nr. 13. et nr. 217. habet *ἀλλ' ὅτι* et ibidem nullo socio *ἐκτός*. Denique versu primo pro vulgata lectione (*ἡ*) *ἐκτός τοῦ Ἰουδαίου* lectionem maxime notabilem omnium solus habet *ἡ ἐκτός τοῦ Ἰσραὴλ*. Idem codicis ingenium probatur loco Luc. 3, 19—36. Per hos versus codex noster semel accedit ad communem uncial. codicum lectionem; octies iisdem tantum non consentientibus cum ABE etc. facit; item locis 18 aliis undecies cum A etc. facit, cum B etc. ter, cum DE etc. bis, item bis cum EGHSUA vel KMSVA. Versu 27. *ζορομβίβλ* pro *ζοροβιβλ* habet, solo A socio, et v. 22. post *γινώσκου* addit *πρὸς αὐτὸν* cum solis quinque codd. minusc. (13. 69. 119. 229.** 262.) qui cum Alexandrinis testibus facere solent. Eodem versu *ἀν' οὐρανῶν* pro *ἐξ οὐρ.* in eo scriptum est, nullo socio. Addamas tres lectiones notabiliores ex altero capite evang. Johannis petitas: v. 11. omittit *τῆς* ante *ἐκτός* cum solis ABL 1. 33. 262., accedentibus Origene aliisque; v. 12. habet *ἡμεῖς* pro *ἐμεῖς* cum AFG 1. 124. aliisque, item Copt. aliisque et (semel) Origene; item v. 24. *ἐπιστάτης* pro *ἐπίστατης* cum 235. Origene (bis) et codice Italae.

Inprimis vero grave est quod hic codex eandem originem prodit atque codex Reg. 53. (262. Scholzii), de quo Scholzius in libro suo: *Biblisch-kritische Reise* 1823. pag. 11 sqq. sic exponit: Eine der interessantesten Handschriften, die ich untersucht habe, ist unstreitig die in der königlichen Bibliothek mit No. 53. bezeichnete, welche die Evangelien enthält. Leider hat sie von den Würmern, dem Weine und Meerwasser viel gelitten, so dass mehrere Seiten kaum lesbar sind und viele Stücke der Blätter abfallen; die oberen Ecken sind es zum Theil schon Die Unterschriften eines jeden Evangeliums habe ich in meiner Schrift

novi (?)
vid. p.
x: "Octa-
vi ut ex-
deter suc-
ali", J.
K. 5. ed.
vii. p. c/xxvi.
(1859). "Kard
richtiger ins
g. als in 8.
Jahrhundert
geschgt", J.
in Herzogi
Real-Enzyk
xix. 193
(1865). So.
K. 5. ed. v. ii.
(1870).

Curae erit § 7. mitgetheilt.... Auf jeder Seite sind 2 Columnen, die Zeilen sind sehr kurz und schliessen oft in der Mitte des Wortes.... Ich setze diese Handschrift ins 10. Jahrh. Sie ist in Jerusalem aus Handschriften, die auf dem heiligen Berge, wahrscheinlich in einem Kloster, befindlich waren, von Daniel, wie aus der Unterschrift erhellt, geschrieben.... Dass die Exemplare, aus denen sie eine Abschrift ist, sehr alt waren, wollen wir nicht bezweifeln. Sie müssen mit Unzial.... geschrieben gewesen sein. Nehme man an.... so haben wir hier den Text sehr alter Dokumente vor uns, die uns damit leiten zu die erste Zeit des Christenthums hinauf-führen..... Jam vero codex noster duobus fere saeculis Parisiensi antiquior easdem plane cum eo subscriptiones sub singulis evangelis habet (cf. facsimile apud Scholzium: Biblisch-kritische Reise nr. VI. c.), nec videtur ulla in illo codice notabilis inveniri lectio, quae non sit eadem in nostro, nisi quod multa alia auctor exemplaris Parisiensis iam mutata invenisse censendus est quo nostri codicis scriptor fideliter ex antiquiore fonte hausit. Quamquam Scholzius, ut fere solebat, non accuratissimo Regium codicem contulisse videtur. Exempla consensionis utriusque haec sunt: Joh. 1, 28. *βηθσημαζ* et 4, 31. *παρεκδωκεν*; Luc. 6, 33. *αὐτό* pro *τὸ αὐτό*: 6, 37. *καταδικάζετε*: 19, 14. *ὁ λόγος*: 21, 21. *οἱ καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτ. ἐχωρ.* Quibus locis omnium soli consentiunt codex noster et Scholzii 262. Alibi accedunt testes pauci lique insignes, ut Joh. 16, 29. ubi *ἀντὶ* omittunt simul BD* 1. Syr. poster.; item Luc. 19, 45. ubi majus additamentum illud iam a Scholzio commemoratum l. l. pag. 16. simul tuerentur D Aeth. Syr. post. c. asterisco et codd. aliquot Latini; item Joh. 7, 30. ubi *καὶ ἐξῆλθ. ἐκ τ. χωρ. αὐτ.* simul addunt 13. 69. et Armenius interpres. Conveniunt codex noster et Parisiensis etiam in eo quod locos Joh. 5, 3 sq. et 8, 1 sqq. obelo vel asterisco notatos exhibent. Praeterea in nostro codice scholia inveniuntur, pleraque et ipsa uncialibus litteris adscripta, quorum nonnulla ad rem criticam faciunt, ut quod est ad Joh. 8, 1 sqq.: *τὰ ὀφειλόμενα ἐν τοῖς ἀντιγράφοις οὐ κίττω, οἷδι Ἀπολυμνίων ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κίττω* *μνημονεύσαντες τῆς περικοπῆς ταύτης καὶ οἱ ἀπόστολοι πάντες ἐν αἷς ἐξίδεον διατάξαι εἰς οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας.*

IV.

Codex evangelicus Graecus membranaceus litteris uncialibus saeculi noni scriptus, versibus quavis pagina continuis, foliorum 157 in 4^o majori. Prae ceteris quoad habitum et scripturam similitudinem habet codicis Cyprii in bibl. Paris. 63., ad evangelia siglo K notati. Continet evangelium Lucae integrum (extrema folia decem ex matre male affecta sunt, sed in meliorem statum redigi possunt et jam a me lecta sunt); item Marci evangelium exceptis 3, 35—6, 20; porro fragmenta haec evangelii Matthaei: 6, 16—29, 7, 26—8, 27. 12, 18—14, 15. 20, 25—21, 19. 22, 25—23, 13. et evangelii Johannis 6, 14—8, 3. 15, 24—19, 6. Quadrat in hunc quoque laus codicis eius qui praecedit: ex numero

enim est codicum EFGHIKMSUV; sed saepius his cum antiquioribus consentit codicibus, nec raro lectiones plane proprias tuetur. Exempli causa videamus Luc. 3, 1—38. Hæc per versus locis 13 plurimorum codd. uncialium confirmat auctoritatem; locis 17, ubi illi inter se differunt, quaterlecies cum A etc., bis cum C etc., semel cum EGHKSUA facit; 15 denique locis pro testium discrepantia inprimis idoneis ad ingenium codicis probandum, septies cum B facit perpaucis aliis accedentibus, semel cum eodem accedentibus pluribus; bis de uncial. codd. LX et LXXMU solos habet comites, his veteres tantum aliquot interpretes et senserunt unum ut videtur codicem illum insignem 131; v. 8. pro ἀεὶς ἔσθαι habet ἀεὶς ἔσθαι, solo Didymo (δίδυμο) prope accedente; denique v. 23. loco perquam gravi ipse solus omittit ὡς, ab aliis cum ὡς permutatum. Etsi non dixerim ulique codicem nostrum tanta quanta hoc Lucæ loco lectionis bonitate excellere, tamen nusquam inferiorum se præbet codicibus uncialibus æquioris ævi iis quos supra laudavimus. Lectionum nondum alibi inventarum exempla addamus quattuor ex uno capite Lucæ quarto. Ibi enim v. 2. ad ἡμέρας τεσσαράκοντα addit καὶ νῆκτας τεσσαράκοντας; v. 6. παραδόντος commutat cum παραδόντος, v. 22. omittit οὐκ, v. 25. habet ἐν τῇς γῆς pro ἐν πόλει τῇς γῆς.

Codices evangeliorum unciales majoris ut nostri III. et IV. ambitus hucusque inventi sunt 15, quorum 4 (ABCD) sine dubio antiquiores, 5 (GHSUX) sine dubio recentiores, 6 vero (EFLMA) eiusdem fere ætatis sunt.

V.

Codex Veteris Testamenti Græcus membranaceus, uncialibus litteris octavi sæculi scriptus, foliorum 29 formæ maximæ, quorum quævis pagina textum duabus columnis distinctum exhibet. Continet maximam libri Genesis partem, i. e. 1, 1—14, 6. 18, 24—20, 14. 24, 54—42, 18. Lectionis bonitate tantopere excedit ut non dubitem quin egregie facturus sit ad pristinam integritatem Genesi Græcæ reddendam; ipsi enim Alexandrino codici, quocum saepe facit, non raro præstare videtur. Cum Vaticanus liber, unde Romana editio fluxit, tota fere Genesi careat (incipit capite 47.), inventum hunc thesaurum maximi faciendum existimo. Exemplum textus esto Genes. 31, 31—47. Ibi lectiones 45 ab editione Romana differunt. Locis 13 cum Alexandrino codice consentit; aliis vero 9, accedente sexies (ter hiat) codice Cottoniano illo qui incendio periit, contra Alexandrinum est. Porro saepe cum Cottoniano consentit invitis Alex. codicæ et Rom. editione, ut v. 32. (transposita sunt καὶ εἶπεν... ἡμῶν etc.) et v. 40 (ἐν τῇ γῇ et περὶ αὐτοῦ). Versu 33. cum Vindob. codice purpureo omittit εἰς contra ed. Rom. et Alex. codicem. Notabilis etiam est consensio nostri codicis et codicis Veneti, de quo Holmesius, apud quem nro. 72. notatur, sic iudicat: „Est sane codex in suo genere singularis et maximi faciendus; continet enim textum hucusque incognitum.“ Cum eo codice noster solus v. 36. omittit ἀποκαθελὶς usque

Αάβας, item v. 37. cum eodem solus corruptam lectionem *θίσας δέ* (pro *θός ὁδε*) tuetur. Quum vero plura alia tantum non solus praebeat, ut vv. 45. 47. 42. ubi habet *εἰς στήλην*, *ἐκάλειεν δέ, ἐχθός*, vv. 37 et 46. ubi omittit *ὅτι* et *ἰαυί*, tum multis locis plane propria habet, ut v. 33. *ἐσθλότεν εἰς*, v. 37. *ἡραίνοντας* (reliqui *ἡραίνοντας*, alii tres *ἡραίνοντας*), ibidem *ἐνθρας* (reliqui *ἐρας*), v. 38. *αἱ βόας* (pro *αἱ αἰγες*), v. 41. *ταῖς παύλαις* (reliqui *τ. παρθέτοις*), v. 43. *ἀ σὲ ὁρᾷς ὅτι* (pro *ὅσα σὺ ὁρᾷς*), v. 44. *διαθήκην διαθήσασθαι* (reliqui *διαθήσασθαι* vel *διαθήσασθαι διαθήκην*), v. 44. om. *ἰδε* (ita etiam alii duo, sed sequente *ἐ δὲ θός*), v. 47. *ἐκάλειεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ* (pro *ἐκάλ. αὐτόν*).

Ceterum codices unciales Graecum Genesis textum spectantes in Europae bibliothecis habentur 7, quorum quinque multo pauciora nostro fragmenta continent.

VI.

Codex Veteris Testamenti Graecus membranaceus, foliis constans 16 formae maximae, insignis antiquissima minuscularum litterarum scriptura, quae eadem est in codice Reg. 1470. (apud Montefalconium in Palaeogr. p. 269. Colb. 440. est) anni 890. et in Oxoniensi codice Platonico anni 896., adscribendus omnino saeculo nono. Continet integros libros Iudicum et Ruth cum extrema parte libri Josuae. Formas Alexandrinās antiquas pauci codices summae antiquitatis tam fideliter conservant quam hic codex. Exempla haec excerptimus: *Ἰμμη* (fol. 5. recto), *ἐξελθευθεῖς* (fol. 4. verso), *βενιαμίν*, *σμερσίν*, *σύννομος* (fol. 14. recto), *ἡλθον* (ibidem), *ἰαυί* (fol. 12.), *ἐκμύνην* (fol. 10. verso), *ἐκάλειεν* (fol. 8. verso, 4. verso), *ταῖς λάνταις* (fol. 5. verso), *ἐξῆραίνοντας* (fol. 5. recto, 4. recto), *ἐξῆραίνον* (fol. 5. recto), *ἀνέστη* (fol. 4. verso ter). Textum vero praebet inprimis notabilem et gravum, profectum a recensione quae nondum innotuit. Quod quo iure dicam, iudicari poterit ad priores capituli primi versus 27: per hos enim quinquaginta locis a Romana editione discedit, duodevicies cum Alexandrino codice consentiens (ut v. 17. *Σιγέρ* cum Alex. solo et v. 27. *Μαγδαώρ* cum solis Alex. et cod. X. apud Holm. habet), tredecies cum aliis codd. uncialibus, porro alia cum paucis codd. minusc. communia habens, alia sociis plane nullis. Hujus quod ultimo loco dixi generis sunt: v. 1. *ἐν τῷ πεδίῳ*, v. 5. omissum *πάν* prius, v. 7. *ἐξδομάς. ἄνθρωπος* (quod reliqui omnes omitunt) *βασιλεῖς*, ibidem *καὶ ἀποσκευασμένοι*, v. 10. *γασί* (ed. Rom. *γασί*, cod. Alex. *γασί*), v. 11. *πάλαι* *παλαιώ*, v. 14. *ἐβόων* pro *ἐβόωντες*, v. 16. addita *εἰς γῆν ἰσθὰν* post *πάν* *ἔσθ*. Uno tantum socio habet v. 4. *εἰς γῆρας* (cum cod. 58; de quo Vaticano codice Holmes: „quantavis pretii est”), v. 8. *ἐκάλειεν πινί*, v. 17. *ἐκμύνην*.

VII.

Codex Novi Testamenti Graecus membranaceus foliorum 56 octavae formae minusculae, cum textu actuam apostolorum integro, exceptis 4, 8—~~9~~, 17, 17, 28—23, 9. Insignis est

7/

subscriptione quae annum quo scriptus est prodit, i. e. annum Christi 1054., item nomina eorum quorum jussu scriptus est et ejus qui scripsit. Scriptum est enim in hunc modum: *ἐγράφη ἡ πνευματικὴ γράμμα καὶ ἡ ἐκ βιβλίου αὐτῆ κατ' ἐπιτροπὴν* (codex *κατεπιτροπιστῆν*, similiter passim errat scriptor) *τοῦ κείνου Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου καὶ Ἰωάννου μοναχοῦ διὰ χειρὸς Ἰωάννου μοναχοῦ ἑτοῦς ἀγίου ἰδὲ ἡ μ. ἀρχ. κ.* Textu mirum in modum prae omnibus actuum codicibus eadem fere aetate scriptis excellit; tantopere enim ad textum celeberrimorum codicum ABC accedit ut codicum minusculorum quos vocant nullum parem habeat. Ita 27, 27—28, 3 (versibus 21) in censum summum lectiones 31. Item 13 communes habet cum ABC: v. 29. *κατὰ* pro *εἰς*, v. 30. *ἀγία. μιλόντων*, v. 33. *ἡμέρα ἡμιλλε.* v. 34. *μεταλαβόν* pro *προσλαμβάνον*, ibidem *ἀπό* pro *ἐκ*, ibidem *ἀπολείπει* pro *ποιεῖται*, v. 37. *πᾶσα φηχ. ἐν τ. πλοῖν*, v. 40. *ἀρτήματα*, v. 41. *ἐπίστυλος* (scriptum est — *κύλις*), v. 42. *διαστήξ*, v. 43. *ἐκαστοῦ αἰῶνος*; 28, 1. *ἐπίγνωσις*, v. 2. *οἱ τε*, ibidem *ἀναγνῶντες*, v. 3. *φησιν. τι πλῆθος*, ibidem *ἀπό τῆς*. Item 10 cum duobus ex his: v. 29. *μή ποτε ἐχθροῦ*, v. 30. *πρώτας*, v. 33. *ἡμιλλαν* et *προσλαμβάνοντα*. v. 34. *ἡμετέρας*, v. 37. *ἡμεῖς*, v. 39. *δύναται*, v. 41. *ἡμῖν*; 28, 3. *ἐξελθούσα*. Item 7 cum uno ex his: v. 27. *ἐπὶ γένεσι*, v. 28. *ὁρῶντες*, v. 29. *φοβούμενοι δέ*, v. 35. *ἐχθροῦ αἰῶνος*, v. 37. *πᾶσα* absque *αἱ*, v. 39. *ἰβόλοντο*, v. 43. *ἐκλ. δέ*. Ter cum CGH, semel cum GH vulgatam lectionem tuetur: v. 33. *μερόν*, v. 41. *βίαις τῶν καμάτων*, v. 2. *παμύχον*, v. 35. *εἰσώρ*. Semel tantum cum minusc. codd. solis facit, sed accedente etiam Sahidica versione aliisque: v. 29. *ἐπισσωσει*; semel (i. e. v. 32.) nullum socium habet omittens *οἱ στρατιῶται*, ab aliis ante *ἀπίστων*, ab aliis post *ἀπίστων* additum. Nec raro fit ut solus inter omnes accedat ad codicem B testimonium vel codicis A vel codicis C, ut 11, 3. *ὅτι ἐσθλὸν* cum B; 13, 19. *omissum καὶ* ineunte versu cum B; 13, 20. *Σαμουὴλ προσήγον* cum B; 28, 6. *αὐτὸν εἶνα θεὸς* cum B; ut 11, 5. *καταβαίνον* cum A; 14, 25. *καλίστα. εἰς τὴν Πύργον* cum A; 17, 10. *omissa ἐνθῶς διὰ τῆς νεότητος* cum A; ut 13, 11. *παμύχον. τε* cum C; 16, 36. *ἀπίστων* cum C. Ita etiam cum solo E facit 17, 19. *λεγομένης*. Quo autem pauciora summæ antiquitatis monumenta textum actuum conservarunt, eo plures codex noster aestimandus est; haud dubie enim antiquissimi codices unciales, qui ipse perit, exemplum est.

VIII.

Folia membranacea palimpsesta sex in 4^o cum fragmentis Graecis prophetæ Jesaiae, sacculi fere septimi. Unciales litterae, quibus scripta sunt, firma manu ductae, vergentes paululum ad latus et oblongae, nullis notatae accentibus. Graecae scripturae superinposita est Armenica. Graeca pleraque lectu difficillima sunt; tamen exceptis paucissimis iam legi et edendi caussa transcripsi. Sunt autem fragmenta Jesaiae haec: 3, 8—14, 5, 2—7, 7—11, 29, 11—16, 16—23, 44, 27—45, 5. Quinque codicum Jesaiae

uncialium, qui soli aetatem tulerunt, tantummodo tres horum locorum textum tradunt. Textus autem horum fragmentorum optimae notae est. Ita folio primo 3, 8—14. bis cum codice Alexandrino facit: v. 10. *πυρίμαρα* et v. 12. *τὴν πύρινον*; praeterea v. 8. *δὸ* et v. 11. *συμφ. αὐτὴν κατὰ* etc. cum perpaucis codd. habet; v. 10. *δύσσομα* cum solo Eusebio, v. 14. *αὐτὸς ὁ κίρκος* cum solo Procopio. Item folio altero 5, 2—7. sexies cum Alex. consentit; porro v. 4. *ἅα παύση* (item v. 7.) cum paucis codd. min. tuetur, assentientibus Origene, Basilio, Chrysostomo, et v. 5. *τὴν αὐτὴν*, assentientibus praeter minusculos aliquot codice XII. apud Holm. in margine (i. e. Marchal. Vatican.) et Severo.

IX.

Folia membranacea palimpsesta tria in 4^o cum fragmentis Graecis alterius et tertii libri Regum. Scriptura uncialis qua exarata sunt Coptum redolet; accentus tantum non observavi. Videtur octavi saeculi esse, nisi forte antiquior est; certe enim inscriptiones in margine superiore exhibitae antiquitatem octavo saeculo antecedentem produnt. Ceterum Graecis Armeniaca superimposita sunt. Sunt autem fragmenta haec: 2 Regg. 22, 38—42. 46—49. 23, 2—5. 8—10. 3 Regg. 13, 4—6. 8—11. 13—17. 20—23. 16, 31—33. 17, 1—5. 9—12. 14—17. Ad recensionem pertinent perquam antiquam a Vaticana editione admodum diversa, inprimis cum codicibus Holmesii X. et XI. consentientem. Ita folio primo per priores decem versus cum utroque contra ed. Rom. hic codex tuetur *καὶ οὐ μὴ ἀνυστῶσαν, ἐπ' ἐμὲ, καὶ πωθεύσαν, ὁ ὅριον θεοῦ, καὶ* ante *ἀνατελλίας*; item cum iisdem et Alexandrino *οὐ περιβλεπὴν*; item *ἰπαιστατομήτως* cum II. (i. e. codice Vaticano) et XI. (Alex. *ἰπαισταμῶντος*), cum Alex. *ὁ θεὸς ὁ φίλαξ*, cum X. et Alex. *ὁ ἤμιος*, cum Alex. *οἶτος ὁ οἶκος*, cum duobus tantum codd. minuse. *δένειμα, ἐν ἀπορώπας*, cum uno Holmesii nr. 64., *ὁ δαδὸς* solus, reliquis *κίρκος* vel *κίρ. ὁ θεός* praemittentibus. Ceterum ad hos Regum libros unciales codd. praeter Holmesii II. (Vatic.) III. (Alex.) XI. (Basil. Vatic.) et (ad 2. Regg.) X. (Coislin.) non exstant. Scripturam similem sed accentibus plenam vide apud Montfaune. in Palaeogr. Gr. p. 224.

X.

Codex membranaceus Graecus foliorum 31 in 4^o majori, minusculis litteris saeculi XI. vel X. Continet Cassiani libellos duo. Ad priorem, cujus initium deest (incipit codex a verbis *τελεισθαι ἐν τῇ τῶν κορυβίων κατὰ τὸν κυρτὸν τῆς ἐστίασεως οὐκ ἀπὸ τοῦ κυρτὸς τῶν Αἰγυπτίων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν*) novem folia pertinent (exit verbis *τῇ δὲ ἀεζήσῃ τῶν ἀρετῶν ἡ καθιερῶσις τῆς καρδίας προσγίγνεται τῇ δὲ καθαρῶσι τῆς καρδίας ἡ ἀποστολικὴ τελειότης περὶγίγνεται*); posterior est *περὶ τῶν ἀπὸ λογισμῶν*: hic integer est excepto tractatu octavo, cujus post verba *καὶ ὅς θεομίων κατισκίπνται καὶ μύστες*, desideratur finis. Codex bene et scite scriptus est atque a correctore duodecimi fere saeculi ita pertractatus ut duplicem textum

habeas. Sunt haec Cassiani opera circa initium saeculi V. Graece versa, sed Graeco sermone nondum edita. In bibliotheca passim manuscripta habentur.

XI.

Folia membranacea palimpsesta 33 in 4^o. Primum Graece, tum deleta Graeca scriptura Slavonice scripta sunt. In primis memorabile est pleraque folia bis fuisse Graece scripta antequam ab homine Slavo adhiberentur, ita ut jam plerumque triplex scriptura, prima decimum fere saeculum referente, ob oculos versetur. Neque Graeca, quorum permulta satis apparent, neque Slavonica lecta sunt.

XII.

Folia membranacea palimpsesta 8 in 4^o. Sub Armeniaco textu inventus est Graecus, uncialibus litteris pulcherrimis saeculi fere quinti exaratus. Homiliam in memoriam hominis sancti scriptam continere videtur eamque ut videtur deperditam. Loci plures infusis chemicis ad legendum faciles sunt; ibi inter alia haec scripta sunt:

τις ἡμῶν καθάρσει καθάρσει ἐν
 τοῖς ἱερῶν αἱ μὲν καθάρσις καὶ αἱ
 ρητοὶς ἡμῶν (sic) ἡμῶν καὶ τὰ ἑδῶτα καὶ τὰς
 κηλίδας τοῦ θεοῦ αὐτοῦ ἀντιμετῶ
 ἐπὶ τοῦ ἑδῶτος

παραδοξὸν ἡ βελήλωνος ἰδεῖται κημῶς πηγῆ
 αἱ αἱ

καὶ τοῖς ὅσιν (i. e. πταῖσι) αὐτὸν ἀρμενῶς τοῖς
 καὶ αἱ πρὸς ἐκδοκῶν αἱ αἱ
 ὅσον αἱ αἱ αὐτοῦ τοῖς καὶ αἱ αἱ
 αὐτοῦ ἐσταυρώσας τοῖς καὶ αἱ
 τοῖς βελήλων

ὅσον πρὸς ἐκδοκῶν αὐτὸν ἐκδοκῶν
 ἐκδοκῶν αἱ αἱ καὶ ἐκδοκῶν αἱ αἱ
 καὶ ἐκδοκῶν αἱ αἱ καὶ ἐκδοκῶν αἱ αἱ
 καὶ ἐκδοκῶν αἱ αἱ καὶ ἐκδοκῶν αἱ αἱ
 καὶ ἐκδοκῶν αἱ αἱ καὶ ἐκδοκῶν αἱ αἱ

XIII.

Fragmenta membranacea palimpsesta varia octo, quorum duo (5. 6.) bis Graece scripta sunt; unum (1) primum Graece, tum Syriace, denique Armeniace; duo (7. 8.) primum Graece, post Armeniace; unum (4.) primum Coptice, tum Graece; unum (3.) primum Arabice, tum Graece; unum (2) primum Syriace, tum bis Armeniace.

www.libtool.com.cn

1) Folium unum in 4^o, quod bis spongium passum per trium nationum manus transit. Postquam enim primum Graece scriptum est saeculo fere quinto (facile nunc leguntur verba haec: *ἰσος, Ἀγαθός, Αὐτοῦ ὄνομα* etc.), in Syri manus incidit; denique scriptum utraque quum Graeca tum Syra deleta, rescriptum est Armeniace. Usu chemi-
corum multa clara facta sunt multoque plura clara reddi poterunt.

2) Alterum folium eiusdem formae triplici scriptura insigne. Primum est Syriaca antiquissima*), secunda et tertia Armeniaca.

3) Folium unum minutioris formae, ejus prior scriptura Arabica, altera Graeca saeculi fere tertii decimi est. Quem in modum rarissime codices rescripti sunt.

4) Folia minutioris formae septem cum dimidio, primum Coptice, tum Graece saeculo fere XIII. scripta.

Arq. Evrm 259.

5) Folia minutioris formae quattuor cum dimidio. Utraque scriptura Graeca est; prior recentibus nullis notata octavum fere saeculum refert, altera tertium decimum.

6) Folia eiusdem formae tria, quorum in altera utraque pagina super litteras unciales Graecas noni fere saeculi scriptum est litteris minusculis saeculi tertii decimi.

7) Folium formae quartae. Super uncialem scripturam Graecam pictum est ab Armenio utraque pagina; sed inferioribus partibus antiqua scriptura noni vel decimi saeculi satis perspicua est.

8) Folium eiusdem formae, primum Graece litteris uncialibus sequioris aevi scriptum, post rescriptum Armeniace.

XIV.

Reliquiae octo codicum Graecorum uncialium non rescriptorum.

1) Fragmentum codicis eiusdem ejus partem (foliorum 43) anno 1844. a me inventum nomine codicis Friderico-Augustani insigniti et duobus annis post editi. Continet Genes. 24, 9—10. 41—43. [*οἱ μακροὶ τῶν ἐσθῶν*] usque *εἰς τὴν μεσοπρυμναίαν*, et [*οὗτος μὲν*] usque *πρὸς τὸν ἰσὸς. κα.* Saeculi omnino quarti esse videtur.

*) Pertinet ad textum evangelicum, de quo sub XV. l. exponetur.

2) Fragmentum psalterii antiquissimum. Scriptura pulcherrima est et simillima celebri codici Vaticano Dionis Cassii, initialibus litteris plane destituta. Videtur quarti vel certe quinti saeculi esse. Continet Ps. 141 (2), 7—8. 142 (3), 1—3. 144 (5), 7—13. Textus stichometricae scriptus est, praeterea ad marginem psalmi 144. reliqua sunt vestigia distinctionis quae quod sciam aliunde non innotuit. Appositum est enim [ε]ῃδ ad verba *αὐτίκατοι καὶ ἐλεῖται, ὡς* ad *ἐξομολογήσασθαι, χις* ad *δοῦναι τῆς μακάριότητος, [ε]ῃδ** ad *τοὺς γυναικας*. In ipso textu plura insunt diligenter observanda. Cujusmodi est inscriptio psalmi 142: *ἡλέως τοῦ θεοῦ οὗ ἀντὶ τῶν αἰώνων* (sic) *αἰσθαλῆς ὁ τὸς αὐτοῦ*. Codices Vat. et Alex. sic habent: *ἡλέως τοῦ θεοῦ οὗ αὐτοῦ ὁ τὸς κατεῖχαι* (Alex. *αὐτῇ*).

3) Scidulae duae compingendo codici Arabico adhibitae, codicis eiusdem cuius folia quattuor a me 1844. ex oriente allata in bibliotheca universitatis Lips. insigniuntur nomine codicis Tischend. I., cum facsimili a me edita in Monumentis sacr. ineditis. Supersunt in his scidulis versus decem, quorum quinque ad Matth. 12, 17—19. quinque ad Matth. 12, 23—25 pertinent. Saeculi ut videtur septimi.

4) Fragmentum operis cuiusdam patristici, scriptura eleganti octavi fere saeculi. Sunt versus quadraginta; primi sic habent, plenis additis accentibus et spiritibus quorum nomihil deest: [θ]εὸς ἀναγνωστέον· ἐκ γὰρ τῶν λεγομένων ὡμολογῶ, δέκται καὶ ὧντος τοῦ θεοῦ· εἰ γὰρ πῶς ἔχει τὸν μὴ συνεχόμενος, οὗτος καὶ οὗ. μετὰ τῆς ἀνάστασις, ἀπὸ τοῦ μηδὲν χεῖρμον κηρύττοντες· ἀλλὰ θαυμάζοντες τὰ ἐν ἐργαῖς. μηδὲν δὲ αὐτῶν θαυμάζοντες. Item extremi: οἷος· τοῖς ταῦτα καὶ γυνήκει νηγῆ· μάλιστα γὰρ ὁ ἀποσταζόμενος, τοῖς τῶν τοῦ μετὰ τοῦτα, καὶ μάλιστα οὗτος νῶς τεχνῶν·*) κερὲ γὰρ ἔλατ ἐν ἔχοντα ἢ δέκται, τεχνῶς ἐκπατρίστως ἐν αὐτῶν τὰ λεγόμενα· καὶ γυνήκεινόμενος ἐκ τῶν πρῶτοντος πρὸς αἰσθηται ἐλεῖδῃ, πολλὰ πῶς προέκτισται τῆς ἡλῆδαι — —

5) Fragmenta textus evangelici duo: alterum capitis 1. Lucae, alterum cap. 20. Matthaei. Quae quum eodem folio scripta sint, alterum recto, alterum verso, ad evangeliarium pertinuisse videntur. Scriptura nonum vel decimum saeculum prodit, neque desunt quae ad rem criticam faciant, ut *ἀλλὰ* et *ἐξ* Luc. 1, 31; *ἐπὶ τοῖς λαοῖς αὐτοῦ* et *μὴ φέρει μακα* ibidem v. 29 et 30.

6) Folia minutae formae duo litteris octavi vel noni saeculi conscripta. Textus ad hymnos liturgicos pertinet.

7) Folium in 4^o, pars evangelii 10. vel 11. saeculi.

8) Folia tria minutioris formae, litteris uncialibus minutis eleganter scripta saeculo fere decimo vel undecimo. Insunt integra *κηρύγματα* atque *ἐπὶ τοῦ* evangelii Lucae.

*) Cum hac forma conferendum est *ἐπὶ*, quod in Jeremiae Threnis in codicibus Alexandrino et Frederico-Augustano pro *λαῶν* scriptum est.

**) Jota nusquam in libris mss. nostris nec in unciali scriptura nec in minuscula subscriptum est; nec magis vero adscriptum, excerptis fragmentis palimpsestis grammaticis, de quibus infra dicitur.

XV.

1) Folia membranacea palimpsesta 52*) in 4^o, priore scriptura Syriaca, altera Armeniaca. Syriacarum litterarum formae vix alibi repertae summan antiquitatem produnt. Ex sententia virorum scripturae orientalis peritorum fragmenta haec ad quintum fere saeculum referenda sunt. Quae hucusque lecta sunt, ad interpretationem evangeliorum pertinent hucusque incognitam. Folium duplex recentiore scriptura non cooperatum a tribus ultimis verbis Luc. 18, 43. incipit et exit 19, 8. His ex paucis versibus satis intellectum est interpretis ingenium. Is enim, a textu quem Peschitto vulgo vocant proficiens, tota mente in id incumbabat, ut Graecam quam fidelissime redderet, invito ipsius Syrae linguae ingenio. Hinc nomina propria Johannis et Jesu non Semiticis formis, quae placuerant primo interpreti, sed Jsûs, Jihanis reddidit; verborum ordinem in versione Peschitto paullulum immutatum accurate ad fidem Graecam restituit; vocabula, quae non optime videbantur Syriace verti posse, ipsa retinuit, ut uchlûso pro *azzos*; Luc. 19, 3. Ex his exemplis clarum erit haec fragmenta maximi faciunda esse pariter Syras litteras atque rem Novi Testamenti criticam tractanti. Certe enim in re critica, quum pro actate qua scripta sunt, tum pro ratione qua interpretes Syrus ad Graecum textum se conformavit, eodem loco ponenda sunt cum testibus Graecis nostris gravissimis. Sunt in his foliis quae aegro legi queant; sed caute adhibitis chemicis longe plurima restitui poterunt.

2) Folia membranacea palimpsesta undecim in 4^o, perantiqua et ipsa, primum Syriace scripta, post Armeniace. Syriaca non sunt biblici argumenti, sed neutra scriptura accuratius indagata est.

3) Folia duo membranacea, ejusdem ut videtur codicis Armeniaci partes atque folia palimpsesta ea de quibus modo dictum est, nisi quod non habent antiquiorem scripturam.

XVI.

1) Codex membranaceus Arabicus foliorum 75 in fol. min. Scriptura et maxima elegantia est et ratione antiquissima: proximum enim a Kufica scriptura locum tenet, puncta diacriticis perraro prima manu additis. Litterarum Arabicarum nihil aliud tantae antiquitatis innotuisse videtur nisi syngraphus ille papyraceus in usum peregrinatoris saeculi p. Chr. octavi scriptus (de quo Silvestre de Sacy exposuit, cf. *Mémoires d'histoire de littérature orientale* p. 70 sqq.) cum ceteris quae nostra memoria repertae sunt reliquiis earundem litterarum papyraceis. Ejusdem enim octavi saeculi Fleischero, viro Arabicarum litterarum ut constat longe peritissimo, codex noster visus est**). Ad laudem

*) Quinquagesimum tertium folium iam indicatum est supra sub XIII. 2. triplici scriptura insigne.

**) Cf. *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft*. Band VIII. S. 584—587. ubi S. Ven. Fleischer hunc codicem una cum tribus reliquis fragmentis Arabicis, de quibus infra dicetur, describit et illustrat, additis etiam accuratis scripturae speciminibus.

antiquitatis alia non minoris momenti accedit: continet enim interpretationem epistularum Pauli hucusque incognitam. Fragmenta Rom. 6, 14—19, 8, 35—9, 3, 2 Cor. 2, 16—8, 19, excipiunt integrae epistolae quattuor haec: 1. et 2. ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, denique Hebr. 1, 1—9, 15. Harum quinque epistularum textus bonitate antecedere videtur fragmenta epistularum ad Romanos et ad Corinthios. Inveniuntur sectiones, quae hanc similitudinem cum antiquissimi codicis Vaticani sectionibus habent, quod omnes Pauli epistulas complectuntur et in unum quasi corpus redigunt. Ita ad 2 Cor. 4, 16, notata est sec. 46, 29; ad Hebr. 9, sec. 50. Memorabile etiam est initia epistularum secundae ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos inscriptione insigniri suris Corani propria.

2) Folia membranacea sex in 4^{to} codicis Arabici fragmenta, insignia maxime eo quod annum quo scripta sunt praeseferunt. Scripta sunt enim anno Arabum 272. (i. e. 885—6. p. Chr.) ab Alba Antonio Bagdalensi, qui plerumque vocabatur Dâūd bin Sîm, in laura S. Sabae in usum Patris Isaaci Sinaitici. Ex hac aetatis notatione magnopere adjuvabuntur qui definiendae aetati codicum Arabicorum vetustorum operam dant^{*)}. Continetur autem horum foliorum 1 usque 5 finis legendae de Christo mortis ac diaboli victore, ad alteram partem evangelii Nicodemi (cf. Evangg. apocr. ed. Tischend. p. 304—8.) libere compositae^{**}). Folio 6. incipit historia litis Christianorum Sebastiensium tempore Basilii Magni actae cum episcopo Petro matrimonii specie iuncti.

XVII.

Collectio codicum Hebraicorum et Arabicorum.

Exceptis duobus prioribus Hebraice scriptis, qui sunt Rabbantici, omnes sunt Karaitici, Arabice sed Hebraeis litteris scripti. Examinati sunt hi codices imprimis a viro in hoc litterarum genere clarissimo, Adolpho Jelinek, qui identidem de iis exposuit in: Monatschrift für Geschichte und Wissenschaft des Judenthums. Herausgeber Dr. Z. Frankel. 1853.***) Iudice Jelinek hi codices omnes, quorum perpauci similes in Europae bibliothecis habentur, permagni faciendi sunt, quippe ineditorum luce vero dignissimorum plenissimi.

*) Facsimile codicis vide I. I. in Zeitschrift der Deutsch. morgenl. Gesellschaft.

**) Locus facsimili expressus Fleischeri interprete sic habet: Tum mitte (verba sunt Mortis ac diaboli) copias malorum daemoniorum tuorum ad principes sacerdotum et doctorum legis, ut omnem ipsorum gentem inciteat ad falsam ejus criminationem senioribus et iudicibus afferendam, ut capitis damnari possit. Quodsi mortuus fuerit et in manibus meis, in imis inferis eum concludam.

***) Cf. p. 245 sq. Herr Prof. T. hat seinen jüngsten Aufenthalt in Kahira auch zum Ankauf mehrerer rabbanitischen und arabisch-karäischer Handschriften benutzt, und dadurch wie der Wissenschaft überhaupt, so der jüdischen insbesondere einen grossen Dienst geleistet Ich behalte mir vor, später diese wichtigen Handschriften ausführlich und genau zu beschreiben ... Cf. p. 286 sqq. p. 360 sqq.

A. Talmudici.

1) Compendium juris talmudici auctore Chajin ben Samuel Tudlensi. Provocatur in hoc libro inedito, qui egregie facit ad illustrandum cultum civilem saeculi XIII, maxime Judaeorum eo tempore in Hispania degentium, ad Alfasiū, Maimoniu, Meir ha-Lewi, Abrahamū ben David II., Mosen beu Nachuan, Salomonem ben Adrat, Meir Rothenburgensem, aliosque. Subscriptum est nomen ejus qui ex ipsius auctoris autographo centum fere annis post ejus mortem anno 1221 (i. e. Christi 1461) in urbe Kalatajuh codicem descripsit. Foliorum est 100 in 4°.

2) Scholia ad tractatus talmudicos Nidda, Nasir, Nedarim, auctore Ascher Toletano. Scriptus est codex Toleti anno 1364. Insuper additum est fragmentum et quidem initium commentarii ad tractatum Cholin a Raschi datum. Folia sunt 70 in 4°. Eorum omnium quae hoc codice satis presse scripto continentur nihil dum lucem vidiisse, asserit Ad. Jellinek I. I. p. 287. Ipsum enim commentarium ad tractatum Nedarim alium esse reperit atque cum qui ejusdem Ascheri nomine iam editus est. De extrema parte codicis ille sic: Während wir eine grosse Anzahl Supercommentare zu Raschi's Pentateuch-Commentar besitzen, ist das bezeichnete Fragment vielleicht der einzige Versuch die talmudischen Erläuterungen Raschi's zu commentiren. Der unbekannte Verfasser geht auch ganz genau und scharf auf jede Wendung Raschi's ein.

B. Karaitici.

1) Codex philosophicus foliorum 198 in 4°. Primo loco legitur logica (per folia 24), secundo metaphysica (per 102 foll.), tertio physica (per 72 foll.), auctore Said Ibn Dāūd el Adeni el Israīlī er-Rabbānī. Laudatur hic scriptor ab Asulai. Metaphysica et physica integrae sunt, logica ab initio manca. Ceterum alius eorundem operum codex Oxonii habetur.

2) Collectio perquam insignis canticorum Karaiticorum, foliis 281 in 8°, quorum nonnihil male affectum est, constans. Insunt plus 220 carmina, quorum nonnulla in libris Karaitarum ritualibus edita sunt, longe vero plura nondum innotuerunt. Pleraque in laudem Mosis, Aaronis, Samuelis, Eliae composita sunt. Inscriptiones Arabicae singulis carminibus praemissae auctoris poetae nomen, item metrum et cantum indicare solent. Inventur in his poetis etiam unus rarissimo nomine Bilenui dictus, auctor carminis nr. 20.

3) Ritale Karaitarum cum pluribus epithalamis, foliorum 48 in 8°.

4) Midraschim tres: de Abrahamo (foliorum 12)*, de decem martyribus versibus

*) De hoc libello Ad. Jellinek I. I. p. 362 sic: Sagenhafte Erzählungen von Abraham wurden besonders von den Juden, die unter den den ersten Muhavater hochverehrenden Muhamedanern lebten ausgearbeitet. Daher sind sie ursprünglich arabisch geschrieben. Unsere beginnt mit der Erzählung, dass in der Nacht, in welcher Abraham geboren wurde, ein merkwürdiger heller Stern am Himmel erschien, der vier Sterne verschlang. Ninrod, der seine Weisen darüber befragte, erhielt zur Antwort, dass ein Wunderkind diese Nacht werde geboren werden. Auf den Rath der Weise wurde

scriptus (foll. 8.), de exitu filiorum Israelis ex Aegypto (foll. 10). Is quem secundo loco posuimus 52 strophas tetrastichas continet, quarum unaquaeque in syllabam finit. Elegia est, scripta ut videtur in diem IX. mensis Ab. Scriptus est codex anno 5447 i. e. Chr. 1687. Tertius Midrasch solemnibus paschalis destinatus est, ut ex ipsius initio satis intelligitur.

5) Varia fragmenta dogmatica, ab Afendopolo, a Samuele Rofe, ab Abn Jacub scripta. Folia 33 in 4^o.

6) Homiliae decem ad decem Genesis et Exodi pericopas. Foll. 120 form. minoris. His decem libellis magnopere delectatus est Ad. Jellinek, iisque homiliarum nomen convenire iudicavit. Similes aliquot libellos in Europam ex Aegypto attulit cl. Munk, cf. Josti Annales Israelit. anni 1841., ubi pag. 76 sqq. tota eorum ratio accuratius describitur.

7) Commentarius ad Genesis usque 8, 20. Foll. 68 in 4^o.

8) Comment. ad pericopas Genesis (foliorum 5), Exodi (foll. 10), Levitici (foll. 7), Numerorum (foll. 4).

9) Commentarius ad librum Josuae a 10, 23. usque finem. Scriptus est codex anno 1617. Foll. 71 in 4^o.

10) Tres libri ad Psalmos pertinentes:

a. textus Psalmorum 10—37. fere integer. Foll. 20 in 4^o.

b. textus et commentarius ad Ps. 1—17. Foll. 37 in 4^o.

c. textus et commentarius ad Ps. 98—148. Foll. 55 in 4^o.

11) Comment. ad Jonam (foll. 6), ad Jonam et Obadiam (foll. 2), ad Ezechielem (foll. 5), ad Proverbia (foll. 17), ad Jobum (foll. 23).

12) Comm. ad Threnos Jeremiae, foliorum 52 in 4^o.

Hos commentarios vel potius haec commentariorum fragmenta cl. Jellinek maxime facit propterea quod ad Jefet celeberrimum apud Judaeos librorum sacrorum interpretem referenda censet, quamvis ipsius nomen non adscriptum sit. Similia quaedam anno 1841. a cl. Munk Parisios allata, sed paucis ad Psalmos exceptis nihil dum typis exscriptum esse significavit.

beschlossen, dass das Kind, welches diese Nacht geboren werden sollte, getödtet werde, und dessen Vater soll so viel Gold erhalten als das Kind wiegt. Im Laufe der Erzählung wird berichtet, wie Abraham die Götzen zertrümmert, indem er selbst dem grössten Götzen ein Opfer darbringen wollte, von demselben aber keine Antwort erhielt; wie er die herbeikommenden Götzendienere belehrt und dann ein lauges Zweigespräch mit Nimrod hält. Zum Schlusse wird noch erzählt, dass Haran in den Feuerofen geworfen wurde, Terach nach der Errettung Abrahams Gott ein Opfer darbrachte, der es gnädig annahm, und dass Abraham nach der Befreiung vom Feuertode den Namen יצחק mit Vermehrung von zwei Buchstaben erhielt.

MANUSCRIPTA TISCHENDORFIANA
www.libtool.com.cn
BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS LIPSIENSIS.

A. GRAECA.

Cod. Tischend. II. *). Folia sunt 22 membranacea palimpsesta formae majoris, priore scriptura Graeca, posteriore Arabica. Aliquot folia ex madore male affecta sunt, item inde quod postea ad compingendum alium librum adhibita sunt, resecatis marginibus, passim etiam clavis defectis. Folia 6 e duabus partibus sutura conjunctis constant. Supersunt his foliis 22 reliquiae duorum codicum Graecorum septimi fere saeculi. Alter erat argumenti biblici, alter grammatici. Codicis biblici folia supersunt septendecim: I usque XVI, item XVIII; grammatici quinque: XVII. XIX usque XXII. cum inferiore parte folii XV. Fragmenta biblica ad libros quattuor pertinent, 1) ad librum Numerorum: V, 17—18. 24—25. VII, 18—19. 30—31. 35—47. XV, 11—24. XXVII, 1—XXIX, 2. XXXV, 19—22. 28—31. 2) ad Deuteronomium: 8—9. 15—19. IX, 1—10. XVIII, 21—XIX, 1. 6—9. XXI, 8—12. 3) ad librum Josuae: X, 39—XI, 16. XII, 2—15. XXII, 7—23. 4) ad librum Iudicum: XI, 24—34. XVIII, 2—20. Scriptura uncialis qua exarata sunt formas crassas sed firmas ductuque facili habet et accentibus vacua est. Textus admodum peculiaris est, maxime per librum Josuae. Hoc ipso anno omnia haec Veteris Testamenti fragmenta edentur in nova mea collectione Monumentorum sacr. ineditorum, volumine primo, ubi etiam scripturae specimen dabitur.

Ab his foliis, ut dixi, differunt reliqua quinque cum parte folii XV. In his scriptura paullo minor et gracilior est, sed et ipsa accentibus vacat, nec habet quo actatis diversitatem prodant. Codex is ad quem olim pertinebant minoris formae fuisse videtur; haec enim folia omnia duabus partibus consutis constant. Textus, cuius argumentum gramm-

*) Cod. Tisch. I. fragmenta evangelii Matthaei: 14, 8—29. 15, 4—14. [13, 46—55.] septimo fere saeculo scripta continent, quae cum siglo Θ in indicem criticum Novi Testamenti recepta edidi 1846. in Monumentis sacr. ined. pag. 1—10. addito facsimili tab. I. ur. 1. Pretiosissimum vero thesaurum hujus librorum meae collectionis non meo sed summo nomine Friderici Augusti clementissimi Saxoniae regis insignivi. Codicem dico Friderico-Augustanum, quo antiquiorem nullum inter codices Graecos membranaceos in Europae bibliothecis vidi. Totum lapidi incisum edidi Lipsiae 1846. Continet I Chron. 11, 22—19, 17. 2 Esdr. 9, 9 usque finem; Nehemiae et Estherae libros totos cum parte libri Tobiae, item Jerem. 10, 25 usque finem et Threnos usque 2, 20.

ticum dixi, lectu non est difficilis, sed incommodum hoc habet quod nusquam plenus versus superest. Singulorum foliorum aliquot particulas adscribam, unde viris grammaticorum antiquorum gnaris coniecere licebit quorsum haec fragmenta pertineant. Folio XXII. recto haec legi: τον μη αντικρασα...σθαι: ποιησμαι δ...εν δυα βήματος...ρον*) διεξελισσμαι...θοντων ενι ορθο...αντιώξιος της τω...ποισιτος: εν δε...πορ πληρωσω...τητι περσμεν...της παραδιδουμεν...τοιων ορθωρας...θως γιγνημενη...για και αντος ο λογος...περσμων της ορθο...φωρ εστε το απο...λαμνην ονομασθ...αν της ιατρικης ν...λασμα εστιν ιατρικ...και παλιν επι της...σμος μεν της απο τ... Ibidem verso εν εκαστον τοπων...επι προκεινται ημ...και γαρ πτο...και διοτισιος ο θρας...μυλεανος' ενι δε...φος' και πτολεμαι...αυτη και δεμμετρι...και αρχιας ο διδασκαλος...τε ο πρηνων. και οταν... Folio XVII. verso των τοιωντω...το οδωσσης' Fol. XIX. recto νος' και φαιντος...μια ει η παρσδοσις......φιλοξενος και απο, ibidem verso μερσμετα μετρεχε...μυλια ως ηνιοδος... Fol. XX. verso ον το υποστακ...τακτικοι. ενι...πικρατι ανασ...τος η κατακρα...νιλος' τικω...ο ακος' εν δε τω... Fol. XXI. recto αλλα και αλσος η...εν συλλεμνη (eodem vox alibi absque μ legi, ut fol. XX. recto συλλεμνη) το...το σ εν καταλξει...το ακα αρισθος... Fol. XV. verso περσματος (cf. Stephani Thesaur. Gr. Ling. sub περίστω) ον τω...τατο και οκτος ενι...

Praeterea vero fragmentis his grammaticis fol. XXII. adscripta sunt scholia. quae prae ipso textu magna scripturae antiquae elegantia excellunt. Fol. recto notae sunt quattuor, prima versuum 7, secunda 9, tertia 22, quarta 14, sed ultima in fine mutila est. Incipit haec...ωρ ομνησμεν εστι, et exit his: η λεξις η ορθως γε...της θανμασι...της επωνυμα συνεπι...τε αποκλειον και το αυτο...ενον' παλλα γαρ εστι τοι...αινοιοι λεγεται λετρα και...το μετρον... Fol. verso alterae quattuor sunt: prima versuum 10 incipit το ενταρων και finitur verbo προσγραφομενον; secunda versuum 14 incipit και ανωτερω εχει[το ταν]τη ενι λεξι et finitur της ορθωρας; tertia 5 versuum est, incipiens προς αντ ιδας το; quarta denique, in fine mutila, sic incipit: μυλια πολς της προποντιδος' σισιμωται δε τοινο το ονομ οτι εν αυτω μωται... Apposita haec sunt ad vocem μυλεανος: vide ante quae de folio XXII. verso allata sunt. In Stephani Thesaur. Gr. Ling. vol. V. sub voce Μύλημα affertur Stephani Byzantini locus hic: πάσις Βιθονίας ή τήν λεγομένην Απάμια από Μύλων....Ο ποιήτης Μυλεανός, ως Ασκληπιάδης Μυλεανός αναγράφεται. Στράβων δέ Μυλεάτην καλεῖ τήν χώραν. Ίσως από τούτων Μυλεάτης εἴη καὶ Μυλεανός κώλος.

Atque haec quidem de tribus antiquis scripturis Graecis codicis huius palimpsesti. Sed etiam Arabica scriptura ea quae deletis antiquioribus membranam occupavit, admodum insignis est. Explicuit de ea uberius clarissimus collega Fleischerus, vide Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft Band I. pag. 148—160. Scriptura ipsa in medium quiddam tenet inter Kufi et Neschi, quae vocant, similis syngrapho papyraceo illi

*) Observa hoc loco et postea identidem iota adscriptum, quod rarissime in vetustis eiusmodi membranis positum vidi.

in usum peregrinatoris saec. VIII. scripto, cuius jam supra pag. 13. sub XVI. mentio est facta. Videbatur Fleischero „non recentior X. saeculo haberi posse.“ Quod ille quam recte vidisset, nuper probatum est. Convenit enim ista scriptura cum fragmento nuperrime a me ex oriente allato illo, quod annum Arabum 272. i. e. Chr. 885—886. adscriptum habet (vide supra pag. 14. sub 2.), tantopere ut uterque codex ab eodem scriptus esse videatur. Quae conjectura nescio an inde confirmetur quod fol. XVII. recto David quidam auctorem codicis se profitetur, alterius vero scriptor Dāūd bin Sina plerumque se vocari dicit. De re grammatica huius textus plura exposuit Fleischerus l. I. p. 150 sqq.; notavit etiam voces plures nondum notas ad Aramaica et Graeca conformatas. Insunt autem vitae sanctorum quattuor, S. Euthymii (ab initio mutila), S. Sabae, S. Abramii, S. Theodosii (mutila in fine), scriptae, certe duae priores, ut ultimo capite vitae Euthymii traditur, a Cyrillo Scythopolitano monacho Graeco saeculi VI. Duo priores libelli, quamquam plura differunt, a Cotelerio Graece editi sunt in Eccles. Graec. Monum. vol. II. p. 200 sqq. et vol. IV. p. 1 sqq.

Cod. Tisch. III. Folia membranacea quattuor palimpsesta, utraque scriptura Graeca, priore unciali noni fere saeculi, secunda minuscula duodecimi saeculi. Antiquior scriptura, quam obtexit textus liturgicus ad colendam memoriam martyrum scriptus, argumenti est patristici. Quorsum pertineat, ad haec singulorum foliorum exempla iudicari poterit. Accentus et spiritus non desunt, sed raro cerni possunt.

Fol. 1. recto

... προσκυνη προ παντων οια εστιν η του θεου
ραπεινομενου διαθεσις.

... κατα την ερτολην την κληνονσαν τι
μας τους γουεις· να εν σοι γενηται και εση
μικροχροτος επι της γης· δηλον δυοτι ως
σημβολον ιεραικου δεξι το γραμμα και
οικα ατμισις... ων και μικροτερον
της σης μεγαλειας η·

Fol. 1. verso

... εν χυ πασαν περιλαβουσης την γην· και
τον ζωηφορον

... και δαιμονες φυλασσονται· και υρας
των ανων αθροισμενων παντηνης· επι εκκλη-
σιας μυστικως αγιαζεται· και της τρεφης ο
παράδεισος τους πασαν αρωμαται· και το τελος
γεγονε τα παντα καινα.

Fol. 2. recto

... των εν τωκαιμ ανταθροισατε
των τιμακωσων δεκα οκτω αγων προν.

επισ-
κοπον· και πετρον του της αυτης αρχιεπισκοπον
και μαρτινον· γρηγοριον γενομενον επισκοπον
νεοκαισαρειας του θανυμενου·

Fol. 2. verso

ηδη εκτιθεντα οσον· υπο των προδιδωθε-
των

τας των αγων αποστολων δια κλημεντος·
διαταξαι· αις τωσι παλαι υπο επιροδο
ζων επι λην της εκκλησιας τοθα τινα και ξε-
να της ενσθιας παρενετιθισαν· το ενσπρετες
κυλλος των θειων δογματων

Fol. 3. recto

σηγηωστος τε και ανηγηωστος· ει μεν γαρ

decimus tertius, 14. 16. 17. 21. [30? rursus deest numerus] τοῖς ἀγ. ἀποστ. ἀνδρόν; mense Dec. 4. 5. 6. 9. 25. 27; mense Januario 1. 6. 14. 16. 17. 18. 20. 25. 27; mense Febuario 2. 3. 24; mense Martio 9. (τῶν ἁγίων ᾧ μαρτύρων) et 25; mense Aprili 23 et 25; mense Majo primus et octavus; mense Junio 14. 24. 29. (τῶν ἁγ. ἀποστόλων πέντε καὶ πέντε); mense Julio 20 et 25. (τῶν ἁγίων καὶ δικαίων ἰσακίμ καὶ ἄννης); mense Augusto 6. (ἡ μετα- μάρτυρος τοῦ σωτήρος) 15. (ἡ κοίμησις τῆς ἐπιφανίως Θεοτόκου) 29. (ἡ ἀποταγή τοῦ προδρόμου). Porro indicantur quae legenda sunt εἰς μνήμην ἀποστόλων, εἰς μνήμην μαρτύρων, εἰς μνήμην φύτων, εἰς ἀσθενοῦντων, εἰσφορ εἰς ἀσθενοῦντας, εἰς κοίμησιν, εἰς προφήτας. Denique indicantur ἐνεργεῖαι ἰωθιῶν ἀπὸ τῆς β. τῶν δικαιοσύμων!).

Fol. 9—14 habetur ἱππολύτων (cod. ἱππ.) θεῖον ἐκ τοῦ χρονίου αὐτοῦ συντάγματος; πρὶν γενεαλογίας τῆς ἁγίας Θεοτόκου. Iste textus a recensionibus iis quas ediderunt Canisius, Gretserus, Schelstrate, Fabricius, Basnage²⁾, tantopere differt ut viris doctis, quorum studia ab hoc litterarum genere non abhorrent, eo edendo toto gratum me facturum sperem. Illud quidem hand dubito quin, quae primum Hippolytus scripssisset, post alii vario modo retractaverint atque mutaverint. Hinc tanta textuum varietas est; atque hinc etiam est quod de aetate istius scriptoris in tam diversas sententias discedunt: passim enim immixta vel addita sunt quae ad recentiora tempora deducunt, cuiusmodi est quod ad Simeonem Metaphrasten provocatur in codice Bavarico, cf. Thesaur. monument. l. l. p. 39 sq., cuius auctoritatem contra Vaticanum defendit Basnage l. l. p. 29 sq. In nostro quidem codice pariter atque in Vaticano tota ea pars in qua Simeonis mentio fit deest, etsi inter hunc utrumque totius textus magna est dissimilitudo. Accedit tertius codex isque aetate ceteris omnibus majori, codex uncialis evangeliorum Parisiensis nr. 48. (evangeliorum M dictus), exeunte fere nono saeculo scriptus. In eo idem libellus aequant Simeonis mentione legitur. Afferam passim inde quae cum nostro apte conferri queant. Ipse quidem titulus ibi sic habet: ἱππολύτων ἐκ τοῦ χρονίου αὐτοῦ βιβλίον διδασκαλίας.

Ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν ὁ Ἀφροδιτανός³⁾, καὶ ἀπὸ τῆς εἰς Αἴγυπτον Ἰησοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς τῶν μέγων παροναίης ἐκ ἀναχωρήσεως μέχρι τῆς τελευτῆς Ἡερῶδον τοῦ νόου β⁴⁾, πρὸς τοῦ γεννηθῆναι γὰρ αὐτὸν ἰσχυρὴ Ἀντιόχου ἐκ γ⁵⁾ ἐν Ἡλιουπόλει γὰρ εἶ κατὰ αὐτοῖς; ὁ ἀστέρ ἐν Ἡερῶδι⁶⁾, καθὼς γινώσκει (sic) Μάρκην (cod. -γεν) παρώτρχει ὁ κύριος σὺν Ἰωσήφ

²⁾ Haec scriptura (dassere. pro dassere.) in libris mss. vulgatissima est.

³⁾ In Thesauri opp. omni. legitur tom. XV. p. 426—432. additis notis p. 432 sq. Inprimis vero conferendus est Thesaurus monumentorum eccles. et histor. a Jac. Basnage editus, cuius volumine tertio duplex textus, et Vaticanus primus ab Em. Schelstrate editus et Bavaricus, una cum fragmentis aliunde deceptis pag. 20—40. legitur.

⁴⁾ In codice numeri semper lineola transversa distincti sunt, ut β, π, γ.

⁵⁾ Similiter Parisiensis πρὸ γὰρ τοῦ γεν. αὐτ. ἰσχυρὴ ὁ δασ. τοῖς μέγας; quae verba nec in Bavarico nec in Vaticano cod. scripta alibi reperisse se significat Basnage l. l. p. 34. Illud tamen ἐν Ἡερῶ. nostro codici peculiare videtur.

⁶⁾ Sic cod. habet, sed videtur Ἀφροδιτανός; legendum, quod nomen apud Epiphanium monachum legitur. Cf. Fabric. cod. apoc. N. T. l. p. 44.

τῶ μητόρῳ καὶ Μαριάμ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἔτος α' ¹⁾). μετὰ δὲ τῆς ἐξ Αἰγύπτου ἐπαγωγῆς αὐτῶν καὶ τῆς κατὰ Γαλιλαίαν οἰκήσεως αὐτῶν μέχρι τῆς τελευτῆς Ἀρχιλάου ἔτη (cod. ἔτος) κα' ²⁾). ἅμα γὰρ τοῦ τελευτῆσαι Ἀρχιλάου ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐτελεύτησεν καὶ Ἀντώνιος ὁ καΐσαρ (cod. καΐσ.) ἐπὶ τῆς Ῥώμης, ὥστε τὰ πάντα αὐτοῦ ἔτη πη', βασιλείας ἔτη εν'. καὶ ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἀρχιλάου τὸν υἱόν Ἡρώδου τοῦ βασιφοκτοῦν μέχρι τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ τοῦ σωτηρίου ἡμῶν ἐπὶ Ἰουδαίων βαπτίσματος ἔτη γ'. ὡς ὅμοι α' ἔτη τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν ἀφ' οὗ ἐγενήθη ἕως τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ ἔτη λ'. ἐν ταύτῃ τῇ λ' ἔτι ἦλθεν ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ χειρίζων βαπτίσμα μετανοίας ἐν ᾧ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἐν τῇ τριακοστῇ ἔτι ἐβαπτίσθη ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ. ἀπὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος μέχρι τῆς ἐν τῇ φρονεῖ κατεκλείσεως καὶ καρατομίας Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, ἧς ἐπραξεν Ἡρώδης ὁ νεώτερος υἱὸς Ἀρχιλάου δια Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ οἰκίου ἀδελφοῦ, μήτης ι'. ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Ἰωάννου μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθους μήτης κί', ὡς ὅμοι ἔτη λγ' ³⁾).

Ἰστίον τοίνυν ὅτι λ' ἔτη καὶ μήτης ικ' ἔζησεν ὁ βαπτιστὴς τῶν λ' μὲν ἡμέραις ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἱέρειαις τοῖς δὲ ἑνδεκα μήτας βαπτίζων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ χειρίζων μετανοίας καὶ μετὰ τοῦτο κατέκλειστος γενόμενος καὶ ἀποκατεθείς, ὅπως διὰ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν λ' μὲν ἔτη ἐν τοῖς παιδικοῖς

αὐτοῦ χρόνοις διήγει' μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα ἐπελήξατο ἑαυτῷ τοὺς μαθητὰς καθίστατον σὺν αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν μέχρι τῆς συμπληρώσεως τῶν εἰρημίων γ' ἐτῶν τοῦ σωτηρίου αὐτοῦ πάθους. διὰ καὶ οἱ ἐν Νικαίᾳ κατόνους τῶν ε' δίκαι καὶ ὅκτοις ἁγίον πατρίων παρακαλεῖσθαι πρὸ λ' ἐτῶν μεθ' αὐτοῦ ἐπὶ πρὸς αὐτοῦ πρὸς αὐτοῦ ἀρκετοῖς γὰρ φησι τῷ μαθητῇ Ἰωάννῃ ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ τῷ δούλῳ ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ.

Ἀπὸ δὲ τοῦ σωτηρίου πάθους καὶ τῆς φρονεῖς ἀναλήψεως μέχρι τῆς λιθοβολίας τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἔτη ζ'. ἀπὸ δὲ τῆς μαρτυρίας τοῦ ἁγίου Στεφάνου μέχρι τοῦ ἐξ οὐρανοῦ φανέντος τοῦ Σαββατοφωτοῦ ⁴⁾ βαπτίσματος τε αὐτοῦ καὶ μαρτυρίας, καὶ ἕως τῆς μεταστάσεως τῆς παραγίας ἀσπαρθείου Μαρίας ἔτη γ'. ὅμοι ἔτη ηγ' ἡμῶν. ἔζησεν γὰρ τῇ ἀνθρωπότητι ἡ παραγία θεοτόκος ἔτη ρθ'· εἰς μὲν τὴν πατρὶν ἔτη ιδ', εἰς δὲ τὸν οἶκον τοῦ δακίου Ἰωσὴφ μήτας δ', καὶ ἐν τῷ ἐνεργητισμῷ ὑπὸ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριήλ, καὶ σὺν λαβῶνι ἔτεκεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κ' τοῦ δεκαμήνου μηνός ⁵⁾. ὅμοι ἔτη ι' καὶ μὴν εἰς. ἔζησεν δὲ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐκπαυλώσεως ἔτη λγ'. καὶ μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἔζησεν σὺν τοῖς μαθηταῖς εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου ⁶⁾ ἔτη ικ'. ὅμοι γίνονται τὰ ἔτη τῆς ζωῆς αὐτῆς ἔτη ρθ'.

¹⁾ Etiam Par. fecit in habet. Apud Basnagium cod. est ἔτη τέτα ἡμέρας εἰκοσι, item in Vaticano est γ'.

²⁾ Par. καδ', Vatic. ιδ', Basnagii cod. est ἔτη ἑνὶ καὶ ἑκαταετησίαι. Apud hunc legitur μετὰ δὲ τῶν πατρ. αὐτ. ἐπὶ τῆς οἰκήσεως αὐτῶν τῆς Γαλιλαίας, in Par. μετὰ δὲ τῆς ἐκ τῆς οἰκήσεως αὐτῶν εἰς τὴν Γαλ.

³⁾ Haec multo aliter textus Par. habet, propius quidem ad Basnagii textum accedens; pergit enim post hoc λ' sic: ἀπὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ μέχρι τῆς Ζαχαρίου λιθοβολήσεως ἔτος εν' ἐν τῇ γὰρ ἡμετέρῃ αἰὶν κατὰ τὸ ἴδιον λιθοβολήσαντες ἱεροτάξιον (cod. ἐκκοιμήσαντες) καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ Ἰωσαάβ. ἀπὸ δὲ τῆς λιθοβολίας Ζαχαρίου μέχρι τῆς Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐτελεύτησεν τῆς ἐπὶ Ἡρώδου τοῦ υἱοῦ Ἀρχιλάου ἔτος εν' ἡμῶν. ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Ἰωάννου μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθους μήτας ηξ'.

⁴⁾ Cod. Par. μέχρι τοῦ φανέντος αἵλου (sed Pauli nomen desideratur) φωτός μήτας ηξ. καὶ αὐτὸ τοῦ σωτηρίου αὐτοῦ μέχρι τῆς ἀναλήψεως τῆς ἀγ. παρθ. Μαρ. ἐτ γ' ἡμῶν.

⁵⁾ In Par. codice dies non indicatur; legitur enim τε διεμβόλιον μηνί.

⁶⁾ Par. cod. h. l. interposita habet μετὰ τὸ ἀσπαρθεῖν τοῖς μαθηταῖς εἰς τὴν κληματα τοῦ κόσμου.

Quintum decimum est: περὶ ἀγῶματος σιλέων τοῦ κνίσκου κίεμα ἐν τῇ κεφαλῇ ἱστροφος. Apud Codinum omittitur in titulo sicut. τ. ια. Suidas sub Σιλέων sic incipit: Ὅπως ἐπιούλωτο Λακωνικῶς, ὡς τὸν ἴδιον τῶν κνίσκων. Scriptum est in nostro codice: Περὶ ἀγῶματος (Cod. Τὸ δὲ αἶμα τοῦ) σιλέων τοῦ δὲ ἀνδρῶν ὀνομασθέντος κνίσκου (Codin. Κνίσκου) τοῦ δούτος τοῦ ἰδίου τοῦ (Cod. τῶν τῶν αὐτῶν) αὐτῶν τῆς στροφολογίας τῆς ἱστροφος γενναῖα ἱσθάνει αὐτῆς καὶ διὰ τοῦ πῶς αὐτῆς (Suid. et Codin. πρ. αὐτῆς) ἱστροφος ἁδενθίσαντι καὶ ἐκκεντρομένῳ, γινώσκοντι δὲ ἐπὶ ἱσθησθέντος τοῦ ἱστροφος, καὶ (Suid. et Cod. ἱστροφος. καὶ δὲ) ἀντὶ τοῦ σιλέων ἀλλεῖνδρος τὸ μετακλῶν τῶν ὀνομασθέντων ἀποδύσαντα μόνον σιλέων περικύπτει αὐτὸν τὸν κνίσκον κατὰ ταῦτα καὶ τὸ ἀγῶμα αὐτὸ περικύπτει τῇ κεφαλῇ (Suid. et Cod. ἐν τῇ κεφ. κεφρ.) ὥκεται.

Sextum decimum: περὶ ἀγῶματος βυστάζοντος μύσασπον τοῦ ἱστροφος. Apud Codinum p. 15. est περὶ αἶμα. Ἐμὸν β. μύσασπον. Apud Suidam vide sub Ἐμῶν, in verbis Ἀγῶνα δὲ αὐτὸν καὶ τοῦ κνίσκου αὐτῶν. Noster textus sic: Τὸν κνίσκον αὐτῶν λέγονται καὶ τὸν ἱστροφος (Cod. καὶ ἱστροφος) τὸν Ἐμῶν, ὅθεν τὸ ἱστροφος αὐτῶν ὅπως βυστάζον (Cod. τῶν) μύσασπον (Suid. et Cod. μύσασπον, codd. Suidas -σπον). ἀλλὰ καὶ οἱ ὁνομασθέντες τοὺς θεοὺς αὐτῶν πλάττονται ἐκκεντρομένους, βυλάται (adde χυλά), ὡς τοῦ χυλάτος στροφολογίας (codex στροφολογίας) ὅπως ὀνομασθέντες, οἱ δὲ ἄλλοις σιλεωγενήσονται αὐτῶς πλάττονται ὡς τοὺς ὀπλῶς ἐκκεντρομένους τὸν ἀνδρῶν (Codin. ἐκκεντρομένους τὸν ἀνδρῶν).

Septimum decimum inscribitur: περὶ αἰγίστου μερῶς. Eadem exscripsit Codinus: Suidas vero breviter sic: Ἀγῶνος ὁ αἰγίστου - αἶμα, οἱ καὶ ὁ μὲν Ἀγῶνος ἐκκεντρομένους. In Joh. Lyd. cf. quae p. 171. sub Ἀγῶνος nr. 72. leguntur. Ὁ αἰγίστου ὁ ὀκταῖος (Codin. ὁ ὀκταῖος) αἰγίστου μερῶς ἐκκεντρομένους, καὶ ἐκκεντρομένους τὸν μερῶς (Codin. ἐκκεντρομένους τὸν μερῶς) αἰγίστου ἐκκεντρομένους ἐν αὐτῷ δὲ καὶ ἐκκεντρομένους τῇ ἱστροφολογίᾳ ἱστροφος (Cod. τῇ ἱστροφολογίᾳ τοῦ μερῶς). μερῶς δὲ (Cod. τῶν δὲ) ἀπενθίστου (Codin. οὐ μ. item postea) ἐκκεντρομένους τῇ τῇ (Cod. αἶμα τῶς αἶμα) καὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν (Cod. οὐ μ.) τὸν ἀπενθίστου μερῶς (Cod. οὐ μ.) αὐτῶν ἐκκεντρομένους καὶ ἱστροφος τῆς ἱστροφολογίας, καὶ ἐκκεντρομένους αὐτῶν ὀπλῶς ἱστροφολογίας (Codin. ἱστροφολογίας) αὐτῶν (Cod. οὐ μ.) περικύπτει αὐτὸν αἰγίστου χυλάτος, ὅθεν ὁ ἀπενθίστου περικύπτει³⁾.

Duodecesimum caput inscribitur: περὶ αἰγίστου ἐκκεντρομένους. Eadem passim mutata

¹⁾ Ita etiam apud Suidam finitur. Codinus vero addit: [αἶμα καὶ πλάττονται αὐτὸν τῶν μερῶς ἐν τῇ γῇ βυστάζοντες] διὰ δὲ τῶν ἱστροφολογίας ὀνομασθέντων αὐτῶν τῶν πάντων ἀποδύσαντες: quae conferte iuxta cum decimo capite nostri codicis.

²⁾ Suidas: Ἐστία. Γενναῖα πλάττονται τῆς ἐκ.

Codinus: Τῆς γῆς ἱστροφος Ἐστίας, καὶ πλάττονται αὐτῆς γενναῖα τέμνοντος etc.

³⁾ His extremis textus Codini in editione Imm. Bekkeri multo emendatior legitur quam apud Lambechum, ubi sic habet: καὶ ἐκκεντρομένους αὐτῶν ὀπλῶς ἱστροφολογίας αὐτῶν αἰγίστου χυλάτος, ὅθεν ὁ ἀπενθίστου περικύπτει.

codicem eiusmodi factae. Quae notitia satis memorabilis est, nisi quod non satis liquet quem numum significet nota sexies repetita, neque alia prorsus clara sunt. Sed id alios dicturos spes est. Textus sic habet: ἡ δὲ κατεβιβασθεὶς ἔξοδος εἰς τὸ τοιοῦτον ἄγον τριαντά-
 γυλον, ἔχει οὕτως· εἰς χαρτίᾳ --- ¹⁾ δεκατρία· εἰς γραμμῶν --- δεκαοκτώ· εἰς κεφαλαιῶν καὶ διὰ λέξε-
 ρων ἀντίσημα τῶν ἑξωκεντρῶν --- ²⁾ εἰς χρῶμα τῶν κεφαλαιῶν καὶ τῶν ἐπιγραφῶν τοῦ ἀρχιεπισκόπου.
 γλωσσίᾳ δεκαπέντε ἰστώντα, ἑξάμη δεκατέσσαρα, καὶ ^{καὶ} ἑξήκοντα· ἔτσι --- τριακοσιτέσσαρα· εἰς μίσθωμα τοῦ
 χειρογράφου --- ὁκτώ· εἰς ἀνάγνωσιν --- ³⁾ Ceterum quattuor versus facsimili expressimus
 tab. II. nr. XII. D.

E: folia quattuor chartacea form. 4. cum fragmentis musicis, saeculi fere decimi
 quinti vel sexti.

B. SYRIACA.

Cod. Tisch. XII. membranaceus foliorum 130 in 4° maiori. Est bilinguis, quavis
 pagina duabus columnis, altera Syriace, altera Arabice, scriptus. Continebat olim integra
 quattuor evangelia; etiamnum supersunt Marci et Lucae libri integri, item Matth. 17, 13—
 22, 3. (fol. 8. exeunte) 22, 24 (fol. 9.) usque finem evangelii; Joh. 1, 1—8, 58, 10, 41—
 11, 44. Bis erravit bibliopega in foliorum ordine, collocans Luc. 1, 11—5, 8. (fol. 69—78)
 post 5, 8—8, 52 (fol. 59—68), et Joh. 8, 41—8, 58 (fol. 130) post 10, 41—11, 44 (fol. 128
 et seq.). Syrus textus idem est qui nomine Peschitto sive simplicis inclaruit, nec
 admodum ab edito differt; Arabicus sine dubio ex Syro translatus est: quae res propterea
 gravis est, quod nondum satis probari poterat fuisse olim inter Arabes qui evangelia ex
 Syro in linguam vernaculam transferret. Est textus iste Arabicus boni interpretis,
 Syriacum fideliter sed non cum improba anxietate reddentis, perraro paraphrasi utentis.
 Ad definiendam eius interpretationis aetatem facit quod in Luca potissimum et Marco
 Pharisei dicuntur Mu'tazil; secta vero Mu'tazil dicta exeunte primo hegirae saeculo orta est.
 Item feria sexta, Graeco παρασκευή, eo nomine exprimitur quo Muhamedi sectatores diem
 sacri conventus insignire consueverunt. Antiquitas ipsius codicis insignis est; videtur
 enim circa annum 1000. scriptus esse. Syra scriptura simillima est codici a Wisemano
 in Horiis Syriacis facsimili expresso, qui quidem annum Christi 980. subscriptum habet;
 item autographo Eliae Nisibeni, quod a Frid. Aug. Rosen in Catalogo codd. Syriacorum
 Musei Britannici expressum in finem saeculi decimi incidit. In nostro quidem codice
 nulla litterarum forma deprehenditur quae sequioris aevi indicium sit, cuiusmodi Wise-
 manus l. l. p. 131. in suo codice invenisse sibi videbatur. Arabicus vero textus eiusdem
 cum Syro aetatis habendus est. Atramentum quidem in Arabica columna plerumque

¹⁾ Ubicumque has tres lineolas posuimus, in
 codice habetur χ πρᾶ (semel πρᾶ).

²⁾ Hoc loco deest numerus, spatio vacuo relicto.

³⁾ Ita prorsus in codice est.

⁴⁾ Hoc loco rursus deest numerus.

vividiorum colorem quam in Syriacum habet, sed id non valet ad diversitatem aetatis probandum; passim etiam vix est differentia, ut fol. 25 rect. vers. 9 et 10 ab imo, fol. 52 rect. vers. 12. ab imo, item foll. 34 recto, 39 recto, 45 recto, 58 verso, 59 recto, 62 recto; inprimis rubra interpunctio in utraque eiusdem prorsus coloris est. Arabica quoque scriptura eidem Eliae Nisibeni autographo perquam similis est atque omnino Gothanum Isstachri aliosque duodecimi saeculi codices antiquitate formarum superat.¹⁾ Utraque scripturam et Syriacam et Arabicam accurate representandam curavimus tab. III. loco secundo. Desumptum est hoc specimē a folio 119. verso. Ceterum hic codex ex eodem monasterio Copto deserti Libyae petitus est, unde uberrima antiquissimorum codicum Syriacorum copia brevi post iter meum orientale Londinum advecta est.

Cod. Tisch. XIII. membranaceus foliorum 12 in 4^o maiori. Sunt duo octonarum plagularum fasciculi, sed exteriores utriusque fasciculi plagulae i. e. prima et octava, nona et sedecima, dudum perierunt. Quae vero supersunt folia detrimentum inde ceperunt quod passim cum gypso, quo membrana circumlita est, ipsa scriptura resolvī ac delahi coepit, indeque legendi difficultatem habet. Quaevis pagina triginta lines comprehendere solet, quaevis linea litteras fere triginta quinque habet. Litterae sunt ex eorum genere quas Estrangelo vocant, similes inprimis iis quas ex antiquissimo²⁾ evangeliorum codice Vaticano XII, dicto apud Assennanum Nitriensi I. (Bibl. Vatic. Catalog. p. I. tom. II. pag. 27 sqq.), Adlerus exscripsit N. T. vers. Syr. tab. I. Ad hoc litterarum genus accedunt alia remotissimae antiquitatis indicia, ut scriptio verborum continua; ut consonarum semivocalium, puncti diacritici, vocalium accentuumque raritas; ut quod ne librorum quidem initio novam lineam librarius orsus esse deprehenditur. Haec omnia coniuncta eiusmodi sunt ut aetatem codicis mille annos excedere haud improbabile sit³⁾. Scripturae specimē dedimus tab. III. loco tertio, in quo observandum est, quicquid signorum non plene expressimus sed punctis tantum indicavimus, id vel

¹⁾ In his maxime secutus sum clarissimum Gildemeister, qui nuper studiosè et subtiliter totum codicem examinavit. Qui ante eum examinaverat, parum sibi constitit: quum enim a. 1845. Syram scripturam ad decimum saeculum referendam dixisset, quattuor annis post adnumerari voluit recentissimis libris Estrangelo characterē scripturae. Addito ad hanc codicis descriptionem accuratam scripturae specimē viris rei palaeographicae satis gravis iudicandi utrum probabilis sit copiam fecimus.

²⁾ Is codex, ut in subscriptione est, anno Christi 548. Edessae a fratre Mar Eusebio Aramaeo in usum coenobii S. Thomae exaratus est.

³⁾ Collega cl. Tuch in commentatione de Lip-

ziensi codice Pentateuchi Syri manuscripto, grammate aetumali anni 1849, hanc in rem dicit: „Quod attinet ad definiendam codicis aetatem finiore quidem caremus fundamento, multis tamen... movemur ut librum istum saeculo X. haud inferiorem esse existimemus.“ Libellus iste, quem ipsi in describendo codice inprimis secuti sumus, tripartitam disputationem exhibet, sed nondum publicatae sunt nisi priores duae partes; ac prima quidem de scripturae varietate explicatur (p. 3—11), secunda de punctorum diacriticorum et vocalium usu (p. 11—19); tertia vero de aetatum ratione explicatum iri significatum est.

rubro vel subrubente atramento a correctore additum esse. Desumptum est a folio 4. verso. Continet autem codex noster librorum Genesis et Exodi partes has: Gen. 50, 7—Exod. 8, 22. 10, 19—18, 9. Inter Genesis et Exodi libros nullo intervallo distinctos interposita haec leguntur: „Absolutus est liber primus legis. Sequitur liber secundus, exodus filiorum Israel e terra Aegypti.“ Item carmen Mariae Exod. 15, 1. inseribitur: „Laudatio pro liberatione cornu.“ Sectiones tam maiores quam minores distinguuntur. Maiores in margine codicis indicantur duplici numero: altero enim libri Exodi, altero totius Pentateuchi sectiones numerantur. Ad Exod. 1, 1. positi sunt numeri XXXV et I, quorum ex prior apparet librum Genesis, ut in Syriacis codicibus fieri solet, sectionibus XXXIV absolutum esse. Exod. 3, 1. inchoatur altera Exodi et trigesima sexta Pentateuchi sectio; Exod. 4, 19. III. et XXXVII; Exod. 6, 10. IV. et XXXVIII; Exod. 8, 8. V. et XXXIX; Exod. 11, 1. VII. et XLI; Exod. 12, 31. VIII. et XLII; Exod. 14, 5. IX. et XLIII; Exod. 15, 22. X. et XLIV; Exod. 17, 1. XI. et XLV. In hac extrema sectione distinguuntur minores sectiones quinque ad 17, 5. 8. 14. 18, 1 et 5. Neque vero quae nunc in codice scripta inveniuntur omnia ab una eademque manu profecta sunt; sed multa maxime in punctis diacriticis inque vocalium et accentuum signis homo sequioris aevi supplavit; passim etiam suum textum antiquiori suprascripsit, ut Gen. 50, 15. Exod. 1, 11. Ipsum textum quum cl. Tuch conferret cum bibliis Polyglottis Londinensibus et emendatiore Leei editione, quae prodiiit 1823, adhibitis insuper codicibus Pocockii et Usserii et Ephraemo, invenit inprimis inter nostrum codicem et Leei editionem de lectione convenire, consentiente plerumque ipso Hebraeo textu, ut Gen. 50, 8 et 13; Exod. 1, 12; 2, 11; 3, 17; 4, 5. 9 (bis). 23. Alia sat multa nostro codici peculiaris sunt, iisque passim solis Hebraea bene exprimi videntur, ut 2, 11. loco tertio; 3, 15; 5, 21. Fit etiam ut solus cum nostro codice Ephraemus faciat, ut 15, 15.

Cod. Tisch. XV. bombycinus foliorum 58 in 8°, ante plura certe saecula scriptus. Insunt hymni Nestorianorum litteris quas dicunt Nestorianis sive Chaldaeis exarati. Qui an et quatenus cum editis conveniant, nondum exploratum est. Specimen scripturae exhibuimus tab. III. loco quarto, desumptum a folio 14. recto.

Cod. Tisch. XVI. membranaceus, constans foliis 23, quorum nec forma nec ratio nec aetas eadem est, quinque codicum reliquis. Fragmenta quae siglis ABC insignivimus antiquitate superant decem folia siglo E notata; omnium vero antiquissimum est folium unum D siglo notatum, quod quin annorum plus mille sit vix dubitari potest.

A: folia quattuor formae maioris, fragmenta commentarii allegorici mystici in canticum canticorum, ad caput quartum spectantia.

B: folia quattuor formae eiusdem, pars historiae hominis ethnici qui Nisibi urbe Mesopotamiae uxore Christiana in matrimonium ducta et ipse ad fidem Christi transibat.

C: folia quattuor formae maximae, ex evangeliorum codice qui versionis simplicis textum continebat decerpta. Sunt fragmenta evangelii Marci duo, alterum 6, 56—8, 2; alterum 8, 26—9, 27. Ipsam scripturam repraesentavimus tab. III. loco quinto. Inde apparebit quantum similitudinem habeat codicis evangeliorum Florentini Plut. I. 56. ab Adlero I. I. tab. II. expressi, teste epigraphe, suspectae illa quidem fidei, anno Christi 586. scripti, Adlero iudice certe antiquissimi.

D: folium unum maioris formae quavis pagina duplici columna antiquissimis litteris conscriptum. Scriptura praeter ceteris similitudinem habet codicis ab Adlero tab. V. non ita quidem curiose exhibiti, cui annus Christi 752. adscriptus est. Curavimus scripturam facsimili exprimentam tab. III. loco quarto. Fragmentum est operis quo philosophia Aristotelis tradebatur, continens categorias novem, decima (*xiēthia*) membranae lacuna deperdita. Interpres textum suum Graecum magna fide reddidit, ad eundem fere modum quo id fit in versione Novi Testamenti Charlensi. Ita τὰ πρῶτα reddit hoc apud aliquid. Inveniuntur hoc uno folio multa quae ad supplenda lexica faciunt. Singularem vero gravitatem hoc fragmentum eo habet quod inter viros doctos nondum notum erat philosophiam Aristotelis etiam ad Syros transisse.

E: folia decem formae maximae, aliquot psalmis et precationibus litteris Syrorum vulgaribus saeculo fere tertio decimo conscripta.

Cod. Tisch. XVII., constans 64 foliis bombycinis formae maioris, sex codicum reliquiis. Sunt haec fragmenta omnia exceptis duobus foliis (c) argumenti liturgici, antiquitatis laude non prorsus destituta.

A: folia 11. Precationes liturgicae cum signis musicis.

B: folia 6. Precationes similes.

C: folia 2. Fragmentum homiliae de Iuda proditore habitae.

D: folia 2. Fragmentum canonis liturgici.

E: folia 11. Liturgica varia.

F: folia 32. Formulae liturgicae, precationes et lectiones biblicae diebus festis et sacris quotidianis praescriptae.

C. COPTICA.

Cod. Tisch. XVIII. bombycinus foliorum 155 formae maioris. Est lectionarium integrum Memphiticum Arabicum, scriptum anno martyrum 1166 i. e. anno Christi 1450.

Cod. Tisch. XIX. bombycinus foliorum 220 in 4°. Est psalmodia Memphitica Arabica integra. Textus Coptus insignis est multis formis Basmuricis.

Cod. Tisch. XX. bombycinus foliorum 156 in 12°. Missale quadragesimale Memphiticum Arabicum integrum.

Cod. Tisch. XXI. bombycinus foliorum 100 in 4^o minori. Est liber piarum meditationum, Memphitice adiecta interpretatione Arabica scriptus. Prima folia et extrema desunt. Sed accedit fragmentum alius libri similis, foliorum 6 eiusdem formae.

Cod. Tisch. XXII. bombycinus foliorum 171 in 4^o. Insunt liturgiae Basilii, Gregorii et Cyrilli et Memphitice et Arabice scriptae. Prima et extrema desiderantur.

Cod. Tisch. XXIII. bombycinus foliorum 144 in 8^o. Psalmodia Memphitica recentiore aetate scripta.

Codd. Tisch. XXIV—XXIX. Sunt fragmenta membranacea varia, quorum magna pars remotissimae antiquitatis, i. e. sexti septimi octavi saeculi putanda est, collecta a me in monasterio Copto deserti Nitriensis, ubi cum innumeris fragmentis codicum bombycinorum et chartaceorum ad solum abiecta densoque pulvere conspersa tot per saecula iacuerant. Quamvis ex his fragmentis omnibus nihil fere totum restitui possit, tamen eo sunt pretiosiora quo rariores membranaceos codices Copticos esse constat.

Cod. Tisch. XXIV. membr. foliorum 50 formae maioris, ex parte maximae. Insunt fragmenta martyriorum tredecim cum fragmento vitae Mariae. A: martyrii S. Anatolii folia 2; B: martyrii S. Apa-Amun folium unum; C: martyrii S. Apa-Apoli folium unum; D: martyrii SS. Apa-Ilor et Apa-Ambrosii folia 2; E: martyrii S. Apa-Krazon folia 2; F: martyrii S. Apa-Pizini folium unum; G: martyrii S. Apa-Scheunti folia duo; H: martyrii S. Apa-Sergii folia duo; J: martyrii S. Iusti folia octo; K: martyrii S. Macarii folia 13; L: martyrii S. Pachomii folia 2; M: martyrii SS. Paësi et Dorotheae folia 3; N: martyrii S. Thomae folia 9. Accedunt denique vitae Mariae folia duo.

Cod. Tisch. XXV. membr. Sunt folia et foliorum partes vel particulae triginta formae maioris, quae eiusdem de quo iam vidimus martyrologii fragmenta esse videntur; sed quorum vitam vel martyrium tradant nondum definire licuit.

Cod. Tisch. XXVI. membr. foliorum 32 in 4^o maiori. Sunt fragmenta martyriorum septem. A: martyrii Abba-Macarii folia octo; B: martyrii Abba-Pimen et cuiusdam archiepiscopi folia quattuor; C: martyrii S. Gennii (ita videtur) folium unum; D: martyrii S. Iacobi folia tria; E: martyrii S. Iohannis folia duo; F: martyrii S. Mariae coram praeside Maerino folium unum; G: martyrii S. Theodori Anatolii folia tredecim.

Cod. Tisch. XXVII. membr. Sunt folia vel foliorum partes tredecim in 4^o, quibus quorum martyria scripta sint nondum liquet.

Cod. Tisch. XXVIII. membr. foliorum 14 forma maiori, quibus fragmenta continentur quinque haec: A: historiae resurrectionis Jesu Christi ex evangelio Marci 15, 45 sqq.; non superest nisi dimidia folii pars. B: 1 Regg. 21, 5 sqq. folium unum. C: historiae Eliae et Elisae ex 2 Regg. 2 folium unum. D: homiliarum Chrysostomi folia tria. E: excerpta ex Chrysostomo, Cyrillo, Gregorio Nazianzeno, Severo patriarcha, Epiphanio, Eusebio. Folia octo.

Cod. Tisch. XXIX. membr. foliorum 31 in 4^o et in 8^o. A: folia 14 in 8^o cum lectionibus ecclesiasticis et precationibus quae certis anni diebus praescriptae sunt. B: folia 4 in 4^o, fragmenta psalmodiae. C: folia 2 in 4^o, fragmenta psalterii. D: folia undecim, fragmenta lectionum ecclesiasticarum.

Cod. Tisch. XXX. membr. foliorum 11 in 8^o maiori. Est pars psalterii. Folia singula iusto se ordine excipiunt.

www.libtool.com.cn

D. ARABICA.

Cod. Tisch. XXXI. constans quattuor foliis membranaceis in 4^o, quorum bina eisdem codicis reliquiae sunt. Utrumque fragmentum summa antiquitate insigne est; alterum (A) enim collega clarissimus Fleischer noni fere saeculi esse existimat, alterum (B) a multo posterius sit dubitat. Pertinet illud (A) ad evangeliorum interpretationem lingua vulgi conscriptam necdum inter viros doctos notam. Continetur his duobus foliis Matth. 10, 9—11, 4 et 14, 13—15, 2. Alterum vero foliorum par (B) notas ad evangelia isagogicas continet. 1) legitur posterior pars indicis capitum evangelii secundum Matthaeum. Cap. 22 incipit 21, 33; cap. 23: 22, 15; cap. 24: 23, 1; cap. 25: 24, 1; cap. 26: 26, 1; cap. 27: 26, 30; cap. 28: 26, 57 (?). 2) praeposita inscriptione: De Marco eiusque evangelio, leguntur plura quae traditiones apocryphas redolent. Ita Marcus Levita et quidem ex Aaronis familia ortus fuisse dicitur; postquam autem fidem Christi amplexus esset, dextrum sibi pollicem amputasse, ut ne amplius ad officium templi idoneus esset. Similiter quae de evangelio eius dicuntur apocrypham rationem habent, quemadmodum doctrina quaedam de *ἰερέι* in eo deprehenditur. Sequitur tertio loco index capitum evangelii Marci. Supersunt capita priora septem: 1. incipit ab 1, 1; 2. ab 1, 29; 3. ab 2, 23; 4. ab 3, 31; 5. ab 5, 21; 6. ab 6, 30; 7. ab 7, 24.*)

Cod. Tisch. XXXII. bombycinus foliorum 204 in 4^o maiori, saeculo fere decimo quinto scriptus. Codex integer est, continens historias apostolorum. Ordo singularum historiarum hic est: 1) Petrus; 2) Paulus; 3) vita Andreae; 4) Andreas et Bartholomaeus; 5) martyrium Andreae; 6) Iacobus Zebedaei; 7) apostolatus Iohannis Zebedaei; 8) naenia

*) Clarissimus collega Fleischer de his duobus fragmentis exposuit in *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft* 1854, pag. 485 sq. Ibi de scripturae ratione haec adnotavit. 1) de A. Die Schrift, etwa aus dem 9. Jahrh. nach Chr. ist ein sich erst aus dem Kufi herausbildendes steifes Neschi, mit der mir sonst noch nirgends vorgekommenen Eigenthümlichkeit, dass, während der Punkt des *Ṣād*, wie bei den Asiaten und Aegyptern, über dem Buchstaben steht, das *Ṣād* durch einen Punkt unter dem Buchstaben bezeichnet wird, also die Gestalt des magrebischen *f* hat. 2) de B: -- nach dem neuern Schriftcharakter, einem schon fast ganz ausgebildeten Neschi, jünger als das vorige, obwohl die äusserst sparsame, zum Theil noch nicht richtig unterscheidende Setzung der diakritischen Punkte zu der neuern Gestalt der Consonantenfiguren gewissermassen ein Gegengewicht bildet. Bei den übrigens ganz asiatischen Schriftzügen ist der durchgängige Gebrauch des magrebischen *Ṣād* statt *Ṣād*, und *Ṣād* statt *Ṣād* eine bemerkenswerthe Erscheinung.

in Johannem; 9) apostolatus Philippi; 10) martyrium Philippi; 11) apostolatus Bartholomaei eiusque martyrium; 12) apostolatus Thomae eiusque martyrium; 13) apostolatus Matthaei eiusque martyrium; 14) Jacobus Alphaei; 15) Judas; 16) Simon Cleophae; 17) Thaddaeus; 18) vita martyriumque Matthiae; 19) Jacobus qui dicitur frater domini, episcopus Hierosolymae; 20) Marcus; 21) Lucas; 22) vita S. Abanup. Accuratus hic codex nondum examinatus est, nec quaesitum quae ratio his narrationibus intercedat cum actis apostolorum inter Graecos et Latinos vulgatis.

Cod. Tisch. XXXIII. chartaceus foliorum 122 in 4^o minori, saeculi fere decimi sexti, continens libellos tres: 1) martyrium S. Isidori cum filio Landaeo, matre Sophia et sorore Euphemia. 2) vitam vesiri Abiah. 3) vitam et mortem S. Antonii, patris omnium monachorum.

Cod. Tisch. XXXIV. bombycinus foliorum 166 in 4^o, saeculi fere decimi sexti. Continet homilias ex Graeco ut videtur translatae.

Cod. Tisch. XXXV. bombycinus foliorum 128 in 4^o, continens miracula et martyria. Codex non est integer, videturque eo qui praecedit posterior esse.

Cod. Tisch. XXXVI. tribus partibus constans. Prima est foliorum chartaceorum 8 in 4^o, continens historiam S. patris Johannis, episcopi et eremitae monasterii S. Sabae, integram. Secunda eundem numerum foliorum habet, forma paulo minori. Est fragmentum breviarii ecclesiae Coptae. Tertia duobus foliis bombycinis formae maioris constat et historici argumenti est.

Cod. Tisch. XXXVII. bombycinus foliorum 17 formae maioris, saeculi fere decimi tertii. Sunt fragmenta codicis billici duabus*) partibus compositi, quarum prior textum, altera commentarium continebat. Prior, cuius supersunt folia tredecim, comprehendere videtur epistulas catholicas, actus apostolorum et Paulinas epistulas. Hunc singulorum librorum ordinem fuisse inde concluditur quod inter 1. Johannis et 1. Cor. 14. folia 70 collocata fuere: qui quidem foliorum numerus multo maior est quam quem epistula ad Romanos cum 1. Cor. 1—13. explere poterit, quinquam ad actus apostolorum addendos vix satis esse videtur. Textus codicis in epistulis Pauli idem est quem Erpenius edidit; non idem vero in catholicis, nisi quod corrector ex libro simillimo ei quem Erpenius adhibuit, plerasque lectiones editas minio, item nonnullas atramento in margine adscripsit. Ibidem glossae aliquot et indicia librorum Veteris Testamenti in textu allatorum inveniuntur. Supersunt autem fragmenta haec: fol. 12—19. 1 Petr. fin. 2 Petr. tota. 1 Joh. 1, 1—4, 18; fol. 21. 1 Joh. 5, 19—fin. 2 Joh. 1—8; fol. 90. 1 Cor. 14, 16—38; fol. 100. 2 Cor. 7, 5—8, 7; fol. 104. 2 Cor. 11, 9—30; fol. 120. Eph. 6, 13—fin.

Quattuor commentarii folia numeris 21 et 22, 29 et 30 distincta sunt. Pertinent ad Rom. 1, 4—5, 14. et ad 2 Cor. 3, 6—Gal. 2, 11. Rationem is commentarius habuit hanc ut

*) Numerus 21. in his 17 foliis bis invenitur; semel enim in textu, semel in commentario positus est.

praemissa singulis epistulis commentatione isagogica (superest ad epistolam Galatis datam) locos difficiliores exegeticis notis illustraret, immixtis nullis, id quod in Arabae satis memorabile est, assecticis. Primo fragmento explicantur haec: 1, 4. *ἡ ἀναστάσις νεκρῶν* (dicit interpres Christum primum ita redisse in vitam ut non amplius moreretur; aliter id factum esse in iis quos prophetae primae legis et apostoli domini in vitam restituiscent); 1, 7. *πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἐν Πάτρει* (haec coniungenda esse cum *Πατρὶς* etc.); 1, 11. *ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα* etc. (postquam eorum fidem laudasset, dixisse Paulum impetratum se ipsum iis esse donum eius cui fidem habuissent cognoscendi); 1, 13. *ἵνα τὴν χάριν ἔχητε* etc. (Paulum his respexisse ad fidem qua Romani iam a Petro imbuti fuissent); 1, 14. *βρωμάσις* (eo nomine significari ceteras gentes praeter Iudaeos et Graecos). Hoc loco caput II. notatur; pergitur autem ad 1, 24. *παροῦσαι αὐτοῖς ὁ θὸς* etc. quibuscum coniunguntur quae 1, 26. in eundem sensum scripta sunt. Sequitur, notato capite IV, 2, 16. *ἐν ἡμέρᾳ ὅτι καὶ ἐγὼ* etc. 2, 29. *περιτομὴ καρδίας* etc. (additur cap. V. sed correctum est IV; similiter igitur antea ex IV. videtur III. corrigendum fuisse.) 3, 1. *τίς ἡ ὁφείλου* etc. In secundo folio pergitur ad 3, 2. *πολὴ κατὰ πάντα πρός* etc. 3, 3 sq. (*πᾶς* istud non ubique a scriptoribus sacris de plenitudine atque universitate dici, quemadmodum illa apud prophetam: Circumdeducunt me omnes gentes et in nomine dei dispersi eos, non de omnibus gentibus accipiunda esse constat); 3, 27. *πῶς ὅς ἐ κατέχουσιν* etc. (his verbis Iudaeorum obiectionem ipsiusque responsum contineri, etc.) Incipit his altera secundi folii pagina. Commentatio vero isagogica in Pauli ad Galatas epistolam ita fere habet: Numerus capituli huius epistolae Coptice est . . . (ipse numerus desideratur), et numerus *ἐκβάσεων* 293. Scripsit eam Romae indeque per Titum discipulum suum ad Galatas misit. Causa scribendi haec erat. Ipse eos ad fidem perduxerat iubens eos mandata Jesu Christi servare, missis factis quae lege Christiana abolita essent, ut sabbati religione, circumcissione etc. Jam vero ex Iudaeochristianis prodierant primae legis vindices, iis qui e gentibus fidem amplexi erant mandata Pentatenchi observanda praecipientes. Qui quum ad Galatas venissent, de Paulo detraxerant, et ut fidem ab eo acceptam deponerent operam dederant, dicentes Paulum non ipsum Messiam vidisse nec ex numero discipulorum eius fuisse eumque ipsis invitis a circumcidence prohibere atque esum carnium victimarum concedere. His similibusque sermonibus multos illi ad se traduxerant, propterea iam Paulus hanc scripsit epistolam, qua etc. In iis quae sequuntur commentator inter alia operam dat ut demonstret, Paulum in apostolis quos *τοῖς δοκούντας εἶναι* si dicat nihil reprehendere: id enim clarum fieri verbis additis: *μή πως εἰς νεκρὸν πρέβω ἢ ἔδραμον*. Nec magis reprehensione Antiochine Petro a Paulo inflicta agnoscat.

Cod. Tisch. XXXVIII. bombycinus foliorum 8 formae maioris, eiusdem cum cod. XXXVII. aetatis. Sunt fragmenta versionis epistularum Pauli e Copto factae aliunde nondum cognitae. Arabica saepe superscripta habent Copta, passim etiam ubi nomina propria leguntur Graeca, quae et ipsa e libro Copto, ad quem interpretatio instituta est, exscripta

esse videntur. Continent haec octo folia: 1) fol. 39. 2 Cor. 3, 7—4, 16; 2) fol. 59 (?) Eph. 6, 8 usque finem; 3) fol. 63—68. Philipp. 3, 18 usque finem; porro epistulam ad Colossenses totam et 1 Thess. 1, 1—9. Adscribam collationem epistulae ad Colossenses a clarissimo Gildemeister ad editionem meam Novi Testamenti 1849. institutam nilique cum multis aliis quibus in hoc catalogo usus sum benevole communicatam.

I, 1. confirmat Ἰησοῦ Χριστοῦ: v. 2. accurate exprimit Κολοσσαῖς, ibidem addit καὶ κεφ. Ἰησ. Χριστοῦ: v. 3. habet πατρί sine καὶ: v. 4. exprimit ἦν ἔγενε: v. 6. omittit καὶ et habet καὶ ἀξυνόητος: v. 7. habet καθὼς sine καὶ, ibidem ἡμῶν: v. 10. exprimit ἡμᾶς et εἰς τὴν ἐκτίσιν. vel ἐν τῇ ἐκτίσει: v. 12. habet τῷ πατρὶ et καινοκτιστῇ: v. 14. pro ἔχομεν habet acceptimus (vide editionis meae commentarium); omittit δὲ τῷ αἵματος αὐτοῦ et habet καὶ τὴν ἀρετὴν: v. 20. δι' αὐτοῦ secundo loco non habet, confirmat ἐν τοῖς: v. 21. confirmat τῇ διανοίᾳ ἡμῶν et ἀποκαταλλάξεν: v. 22. habet ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ et θανάτου αὐτοῦ: v. 23. confirmat διὰ σώματος: v. 24. pro εἶν habet et ego nunc; ibidem omittit μὴ: v. 25. omittit Παῖδος: v. 27. confirmat τί τὸ ἐν τοῖς: v. 28. omittit καὶ διδῶσκ. πάντα ἄνθρ., ibidem habet Χριστῷ. II, 1. pro θέλω γάρ habet et volo, ibidem καὶ τῶν ἐν Ἰερουσ. non habet: v. 2. videtur interpres συμβιβασθέντων legisse; ibidem addit πατρός τοῦ Χριστοῦ: v. 4. pro τοῦτο δι' habet et hoc: v. 6. confirmat τ. Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν κύριον: v. 7. habet ἐν αὐτῷ ἐν εἰχαρ.: v. 9. confirmat συμμετρώς: v. 11. τῶν ἁμαρτιῶν non habet: v. 13. habet ἡμᾶς primo loco, item habet ἡμᾶς secundum, tum vero ἡμῖν et ἡμῶν: v. 16. confirmat ἡ βρώσις, item habet ἡ νοσηρία ἡ σαρκίτης: v. 17. confirmat ἃ: v. 18. omittit μὴ: v. 19. non addit Χριστόν. III, 4. habet ἡμῶν: v. 5. addit ἡμῶν: v. 6. confirmat ἃ, et addit ἐπὶ τ. νόσος τ. ἀπειθείας: v. 8. confirmat τὰ πάντα vel simile quid; ibidem addit μὴ ἐκπορεύσθω: v. 11. ἔσονται καὶ θῆλο non addit; contra καὶ ex more linguae ubique habet: v. 12. non exprimit ὅν, ibidem καὶ ante ἡγαπημένοι omittit: v. 13. confirmat Χριστός et ἡμῖν, praeterea in fine addit χωρῶν: v. 14. confirmat τελειότητος: v. 15. habet Χριστοῦ et ἐν: v. 16. habet θιόν pro Χριστοῦ, porro bis addit καὶ, tum confirmat ταῖς καρδίαις et θεῷ: v. 17. καὶ non omittit; tum habet κείνους Ἰησ. Χριστοῦ et θεῷ πατρί: v. 18. addit ἡμῶν, item v. 19: v. 20. habet τῷ κεινῷ et v. 22. κείνους: v. 23. habet ac si faciatis domino; ibidem omittit καὶ: v. 24. ἡμῶν non addit, ibidem habet τῷ κεφ. Χριστοῦ: v. 25. habet γάρ, in fine non addit παρὰ τ. θεῷ. IV, 2. confirmat ἐν εἰχαρ.: v. 8. γὰρ et ἡμῶν: v. 9. τ. νοστ. καὶ ἀγαπ., ibidem non addit πνεύματι: v. 10. confirmat δεξασθε: v. 12. habet Χριστοῦ Ἰησοῦ: v. 13. πῶς vel πόσος, non ὥσων: v. 15. habet αὐτῶν: v. 16. καὶ tenet: v. 18. non habet ἀφ' ἑ. Subscriptum est: ἡράκη ἀπὸ Ἀθηνῶν διὰ Τηκεῦ καὶ Ὀργάνου καὶ Μάκρον. στίχ. 312. κεφ. 6. Epistula ad Ephesios subscriptum habet: ἡράκη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τιμοθέου καὶ Ἐπαφροδίτου.

E. GEORGIANA.

(Cum Armeniacis et Aethiopicis foliis aliquot.)

Cod. Tisch. XXXIX. membranaceus foliorum 55 in 4°, satis vetustus, continens magnam partem martyrologii ecclesiae Georgianae.

Cod. Tisch. XL. membranaceus foliorum septem et duorum dimidiorum formae maximae, singulari antiquitatis laude insignis. Inest historia Georgiana Arethae et sociorum eius. www.libtool.com.cn

Cod. Tisch. XLI. membranaceus foliorum duodecim in 4°, Georgianus. Duo folia psalmos continent. De reliquis decem, quae ad tres codices olim pertinebant, nondum liquet.

Cod. Tisch. XLII. membranaceus foliorum 15, quorum (A) 11 in 4° et quattuor (B) formae maximae sunt, Georgianus. A fragmentum liturgiae est, destinatae primae dominicae mensis Martii; B index est ad missale.

Cod. Tisch. XLIII. constans tredecim variis foliis membranaceis antiquissimis. Tria e psalterio Aethiopico decerpta continent psalmos quinque primos. Alia quattuor palimpsesta sunt, his Armeniace scripta. De reliquis tria uncialem quandam scripturam Georgianam antiquissimam habent, altera tria Armeniacam.

F. CODICES HEBRAEORUM ARABICI.

Hi codices omnes in possessione Karaitarum Cairinensium erant, atque ipsi Karaitici sunt, exceptis coniectaneis talmudicis nr. 48. signatis. Scripti sunt Arabice litteris Hebraeis.*)

Cod. Tisch. XLIV. bombycinus foliorum 36 forma 8. minori, continens Midrasch quem vocant de Mose sive historiam de Mose apocrypham. Cui libello similinest ut quem nuper cl. Jellinek primum edidit Hebraice in altera parte libri cui titulum fecit: Bet ha-Midrasc (בית המדרש) pag. 1—11. Inde quod ab initio scriptum est: Nunc historiam Mosis incipiamus, concludendum videtur hanc historiam ad collectionem similium traditionum pertinuisse; sed videtur etiam ad usum synagogaee destinata fuisse. Historiae initium fit a laude dei conscripta versibus quorum clausulae inter se consonant; tum relato Pharaonis somnio narratur Israelitarum ab interitu liberatio, item quae acciderunt Mosi ab infantia usque dum deus ipsi apparebat divinae legationis ad Pharaonem causa. Praeterea refertur quomodo deus Mosi ostenderit caelos septem, inferos et paradysum; quae piorum et impiorum habitationes uberius describuntur una cum praemiis et poenis.¹⁾

*) Cf. supra pag. 14; ad eandem enim collectionem hi quoque libri pertinebant, sed sunt a me dono dati bibliothecae univers. Lips.

¹⁾ Acuratius de hoc libello exposuit Adolph Jellinek l. I. (vide supra p. 14.) pag. 360 sqq. Ibi afferuntur etiam tria narrationum singularum exempla ipso textu Arabico. Prima inscribitur: Moses puer prudens; altera: Baculum miracula edens; tertia: Mosis colloquium cum Metatron.

Cod. Tisch. XLV. chartaceus foliorum 86 forma 4. maiori. Est liber ritus Karaitici isque integer, nisi quod perit pars folii in medio libro positi.

Cod. Tisch. XLVI. Constat partibus tribus: Prima est foliorum 10 forma 8. minori, continens quae ad ritus mensis Ab pertinent. Secunda est folium unum cum precibus propheticis. Tertia est calendarium Karaiticum in plures annos (1792—1826) scriptum.

Cod. Tisch. XLVII. chartaceus foliorum 17 forma 4. minori. Fragmentum est operis de historia naturali. Insunt plura accuratiores studio digna.

Cod. Tisch. XLVIII. bombycinus foliorum 16 forma quarta, continens coniectanea talmudica nondum publicata.

G. PAPYRI.

Codices hi papyracei omnes quos numeris XLIX usque LIV. signavimus, a Garofalo natione Graeco in Aegypto superiore ex sepulchris protracti sunt, indeque post subitam Garofali mortem Cairinum advecti. Cairini mihi contigit ut acquirerem. Redux in patriam factus una cum fragmentis Graecis nr. LV. bibliothecae universitatis Lips. dono dedi. Fragmenta vero Graeca nr. LV. insignita maximam partem a Mariette, qui merito nuper Scrapeo prope Memphin invento tantam nominis celebritatem nactus est, pro proximis suis erga me benevolentia dono mihi data sunt. Inventa erant prope Sakkaram.

Codd. Tisch. XLIX. L. LI. LII. Sunt fragmenta papyracea Copta. Unum quodque in forma lignea inclusum et vitro munitum est. Primum est versuum 44, secundum versuum 37, tertium versuum 20, quartum versuum 13.

Cod. Tisch. LIII. Fragmentum est codicis papyracei cum scriptura hieroglyphica. Versus supersunt duodecim. In forma lignea inclusum et vitro munitum.

Cod. Tisch. LIV. Codex est papyraceus hieratico textu scriptus. Longitudinem habet cubitorum fere sex. Dolendum est hanc papyrum tanta fragilitate esse ut iam perierit particulae aliquot, ac verendum sit ne etiam plures pereant. Pro universo habitu et ratione magnam similitudinem habet voluminum papyraceorum Herculanensium.

Cod. Tisch. LV. constans variis foliis triginta, maximam partem forma quarta minore. Sunt omnia Graece scripta, sed pleraque altera tantum pagina. Imprimis gravia sunt ratione palaeographica, scripturas enim fere quindecim ante oculos ponunt; ipse textus non magni momenti esse videtur. Inter ea quae legi in vocem incidi *ματιστωλει*, quae quidem nondum notata est in lexicis, quamquam *ματιστωλει* et *ματιστωλζ* habent.

Huic collectioni Manuscriptorum Tischendorffianorum addam appendicis nomine codices octo alios, quinque Abyssinicos, tres Arabicos Drusianos, qui roganti mihi ad id ipsum dono dati sunt, ut ipse rursus bibliothecis Saxonici dono darem. Sex (nr. I. II. V. VI. VII. VIII.) liberalitati debemus

celeberrimi medici Clot-Bey, reliquos duo (III. IV.) viro docto Monacensi Roth filio, quem constat bis iter in Abyssiniam fecisse. Quinque bibliothecae Regiae Dresdensi, tres bibliothecae universitatis Lipsiensis tradidi.

I. Codex Abyssinicus membranaceus foliorum circa 200 formae quartae maioris, satis antiquus et eleganter scriptus, bibliothecae Regiae Dresdensi a me traditus. Continet vitam sanctae Walatae (i. e. filiae) Petri et quae virtutis exercitia sustinuit, item, quae separatim narrantur, eiusdem virginis miracula. Sequuntur traditiones de sanctis duumviris Cyriaco et Johanne. Denique folia adduntur triginta quattuor utraque parte picturas exhibentia, quibus miracula Walatae Petri repraesentantur. Has picturas quarum una quaeque inscriptione illustratur, accuratius nosse iuvabit artis scientes.

II. Codex Abyssinicus membranaceus foliorum 162 formae quartae minoris, bibliothecae universitatis Lipsiensis a me traditus. Scriptus est ad usum liturgicum. Primum laudes leguntur patriarcharum Abrahami, Isaaci, Jacobi et sancti Georgii. Has excipiunt maioremque libri partem efficiunt laudes sanctae trinitatis, Jesu crucifixi, ecclesiae Christianae, prophetarum, apostolorum, martyrum, iustorum. Denique lectiones in dies festos praescriptae et preces singulis anni ecclesiastici mensibus destinatae exhibentur. Sed ad finem libri nomibilibus deesse videtur.

III. Codex Abyssinicus membranaceus foliorum 80 formae quartae minoris, nunc bibliothecae Regiae Dresdensis. Continet lectiones biblicas Testamenti utriusque, additis laudibus Mariae et Jesu.

IV. Codex Abyssinicus membranaceus foliorum 91, nunc bibliothecae universitatis Lipsiensis. Scriptus est Amharice sive dialecto Abyssinae vulgari. Continet, qui titulus pagina quinta legitur, Terguame Fidel, i. e. expositionem alphabeti.

V. Est volumen quod proprie dicis, Abyssinicum membraneum, longitudinem habens cubitum quinque, altitudinem cubiti fere dimidii. Servatur in bibliotheca Regia Dresdensi. Summo loco pictus est angelus, immanem ille quidem in modum, in centibus ad pedes eius variis figuris diabolicis. Quam picturam preces excipiunt ad Faniel angelum diabolorum exactorem et Michaellem archangelum factae. Totum volumen quem usum habuerit non est dubium: amuleti enim naturam obtinebat destinati adversus malos spiritus.

VI. VII. Duo codices Arabici Drusiani bombycini foliorum fere centum formae 4^o, quorum alter prorsus idem cum altero continet: quapropter alterum bibliothecae Regiae Dresdensi, alterum bibliothecae universitatis Lipsiensis tradidi. Sunt ex iis libris quibus Drusorum religio traditur: quos postquam diu frustra viri docti cognoscere cupivissent, hoc saeculo in Europam identidem pertulit cura investigatorum. Eiusdem libri quem nos et Dresdam et Lipsiam attulimus exemplaria alia asservantur Romae, Leydae, Parisiis; fortasse etiam alibi. Ea quae continet disertis verbis descripsit Silvestre de Sacy in libro cui titulum fecit: *Exposé de la religion des Druzes*, tom. I. pag. CCCCLXXI—CCCCLXXXII.

Sunt tractatus singuli sex et viginti, quos iudex Silvestre de Sacy maximam partem Hamza scripsit. Inscritbitur primus: Epistula quae impii cerebrum dimiuit (perfringit). Tertius: Natura divina virtute omni maior. Quartus: Litterae magnae ad feminas. Decimus quintus: Colloquium secretum. Haec verba sunt quae veritatis amans secreto ad creatorem facit.

VIII. Codex Arabicus Drusianus bombycinus formae quartae, duobus iis qui praecedunt maior, nunc bibliothecae Regiae Dresdensis. Huius quoque libri alterum exemplar Silvestre de Sacy possidebat. Expositus de eod. pag. CCCCLXXX—CCCCXCIV. Distributus est liber in tractatus octo et viginti, quorum plurimi ad Moctanam sive, ut passim nuncupatur, Beda-eddin, qui quarto loco exceperit Hamzam summum ministrum, referuntur auctorem. Singulorum tractatum titulos aliquot adscribamus. Inscritbitur primus: Primum de septem mandatis Unitariorum. Alter: Hortatio, reprehensio, oburgationes et institutio ad duos Daï quorum fides vacillabat. Decimus quartus: Fons legum verae pietatis, quibus polytheismi placita extinguuntur. Decimus quintus: Examen et investigatio, ut plene satisfiat officio nostro exstirpandi religionem Christianorum, impiorum veritatisque inimicorum.

Ceterum eiusdem libri alia exemplaria Oxonii et Parisiis asservari constat.

EXCERPTA EX CODICIBUS

IN VARIIS EUROPAE ET ORIENTIS BIBLIOTHECIS A ME EXCUSSIS.

I. Inter viros doctos constat Clementis Romani quae feruntur Homiliarum duo tantum hucusque codices inventos esse. Alter est Parisinus, ad finem mutilus, desinens in verba Homil. XIX, 14. *ἡ ὁμλία* (cf. ed. Dressel. pag. 383, 12.). Eo solo nitebatur editio Cotelerii et qui totum eius de patribus apostolicis opus emendatus repetiit Clerici, item nupera Schwelgeri editio. Nuperrime autem alter accessit, Ottobonianus Vaticanus, ab Alberto Dressel inventus et anno 1853. ad novam homiliarum editionem adhibitus. Is et integer est nec raro lectionis bonitate Parisino praestat. Nihilominus multum adest ut his duobus codicibus acquiescendum videatur aut editione Dresselii criticis rationibus iam sit satisfactum. Habent enim critica circa textum Homiliarum Clementinarum studia eo plus gravitatis quo magis nostra aetate intellectum est librum illum Clementis apocryphum in historia primaeve ecclesiae indaganda maximi faciendum esse. Quae quum ita sint,

magnopere gaudeo codices alios duo a me repertos esse, alterum in Italia, alterum in oriente. Quos quantopere sperandum sit valituros esse cum ad restituendum textum antiquissimum tum ad historiam eius libri illustrandam, satis apparebit ex prioribus primae Homiliae sectionibus locisque aliquot selectis. Dabimus autem ipsum continuum textum quemadmodum et in orientali et in Italico legitur codice, lectiones Homiliarum ex editionibus Cotelieri et Dresselii unaque Epitomes quae plerumque dicitur textum ubi ad comparandum aptus est sub textu notantes.

Titulus libri in orientali codice hunc in modum scriptus est: *Βίος καὶ πολιτεία καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐκδοῦτος ὑπομνήματος Κλήμεντος ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης μισθίτοι τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου*. Ad haec propius reliquis libris scriptis accedit scriptura quattuor Epitomes codicum, in quibus est, teste Cotelerio: *Βίος τοῦ ἁγίου ὑπομνήματος (μάρτυρος) Κλήμ. ἐπισκ. Ῥώμ. μισθ. τ. ἁγ. ἀποστ. Πέτρ.* Satis differunt reliqui tres apud Cotelierum Epitomes codices, quorum unus addita haec habet: *Κλήμεντος τῶν Πέτρων ἐπιεικῶν κεραιμίων ἐπιτομή*, quae quidem sola, quod mireris, titulo loco, praemissis duabus epistulis, Homiliarum codices et Parisinus et Vaticanus habent.

*Κλήμης Ἰακώβη τῶν καρίων καὶ ἐπισκόπου*¹⁾ καὶ ἐπισκόπου ἐπισκόπου, διότι δι' τὴν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν τῶν Χριστιανῶν²⁾ ἑκαλίσαν καὶ τὰς παραγγέλιαις τοῦ προποίου ἰδυνθίαις καὶ αὐτῶν τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἑκαλίσαν³⁾ σὺν τῇ πρεσβυτέρῳ καὶ δικαίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς (orient. λεπτοί) ἅπαντες ἀδελφοί· ἐκρίθη ἐν πάντοι.

Ἰωάννην ἔστω σοι, κίριέ μου, ὅτι ἐγώ⁴⁾ Κλήμης Ῥωμαίων πολίτης ὡς καὶ τὴν πρώτην ἑκαλίσαν σωφρόνως ἤσται δυνάμει⁵⁾, τῆς ἐνταῖας μου ἐκ παιδὸς ἀπασχολούσης⁶⁾ τὴν ἐν ἡμῶν ἐπιεικῶν εἰς τὴν ἀθιμίας καὶ πόνοισι· σὺν γὰρ μοι λογιμαί, οὐκ οἶδα πόθεν τὴν ἀρχὴν λαβὼν, περὶ θανάτου πνεύματος ποιούμενος ὑπομνήσεις, ὅτι ἄρα⁷⁾ θυνῶν σὺν ἐμῇ, καὶ οὐδὲ μνήμας τις ποιεῖται μοι ποτε⁸⁾, τοῦ ἀπείρου χρόνου πάντων τὰ πάντα εἰς λήθην γράμματος· ἔσομαι δὲ σὺν ὧν, οὐκ οἶστας εἰδώς, οὐ γινώσκων, οὐ γινώσκοντες, οὐ γινώσκεις, οὐ γινώσκεις⁹⁾· καὶ ἄρα ποτε¹⁰⁾ γίγνεται ὁ κόσμος, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τί ἄρα¹¹⁾ ἦν. εἰ γὰρ ἦν αὐτῷ,

¹⁾ καὶ ἐπισκόπος: ita etiam Epitome; codd. vero Cot. et Dr. — in inscriptione epistulae Clementis ad Jacobum — omittunt.

²⁾ Ita etiam unus cod. Epitomes; textus vero Epit. apud Cot. τῶ τῇ ἁγ. τῶν Χρ. ἐκλ. δι. ἀποστ. Codd. Cot. et Dr. omittunt *ἐν*.

³⁾ τῶν Χριστιανῶν: ita cum Epitome; cod. vero Cot. Ἐβραίων (absque articulo); cod. Dr. plane omittit, quod idem ex Epitomes codice Cotelierius adnotavit.

⁴⁾ Χριστοῦ usque ἱακώβας: haec cum Epitome; in Cot. et Dr. codicibus desunt.

⁵⁾ Haec prorsus conveniunt primis verbis Epitomes; in Homilia vero initium fit ab Ἐγὼ Κλήμης, omisissis prioribus.

⁶⁾ Cotel. διδόνεμαι; Dress. notat: „Scripserim cum Ottobon. διδόνεμαι; sed obstat *καὶ* copula

praecedens.“ Epit. consentit in hac forma διενθίαις, sed singula verba contra Homiliarum cod. sic collocata habet: *δεν. ἔξω σωφρόνως*. Ceterum ab his inde verbis Epitome discedit ab Homiliarum textu, pergens *λογισμὸν ἐν διδόνεμας οὐκ οἶδα πόθεν ἐπισκοπῶνται μοι καὶ περὶ θανάτου πνεύματος ποιούμενος ὑπομνήσεις, πόνοισι τὸ λοιπὸν καὶ ἀθιμίας ἐνθίαις* etc.

⁷⁾ Ita uterque codex noster; Cot. et Dr. ἀποσπολοῖσιν.

⁸⁾ Sic libri mei; Cot. et Dr. ἄρα.

⁹⁾ Hunc libri acentum habent; non μοί ποτε.

¹⁰⁾ Ital. om. οἱ γὰρ, οἱ γὰρ.

¹¹⁾ Ita rursus cum libris scriptis; Cot. et Dr. ἄρα ποτε.

¹²⁾ Sic uterque noster cum Cotelerio; item Epit. *εἰ ἄρα καὶ ἦν*. Contra Dress. *εἰ ἦν* ἦν.

καὶ ἔσται· εἰ δὲ γέγονεν, καὶ μετὰ (orient. addit τὴν) λύσιν τί ἄρα ἔσται πάλιν, εἰ μὴ τάχα σὴν καὶ λήθῃ· ἢ καὶ¹⁾ τάχα ἔσται τι ὃ ἐν (Ital. τί οὐν) τοῖσι οὐ δυνατόν. II. Τριτά τε καὶ τὰ τοῖτους ὅμοια οὐκ οἶδα πόθεν ἀπαισώτως ἐνθιμολογίταις²⁾ ὁδοιποροῦντες εἶχον λέπειν τοσοῦτον³⁾ ὥς ὀχνησάτω (Ital. ὀχνησάτω) μετὰ τὴν ἀπαισώτως καὶ τὸ δαιμόνιον, εἰ ποτε ἀπώσασθαι τὴν φροντίδα ὥς ἀνοχρῆλῳ ἐποχρησάμεν⁴⁾, ἀνωμότατον μοι μᾶλλον τὸ πάθος ἦν ἔντο. καὶ ἡχθόμην ἐπὶ τοῦτο, οὐκ εἰδὼς σέθεναι καλὴν ἔχον ἐνταυρῶν⁵⁾, ἀναισώτως ἀγαθῶν⁶⁾ αἰτίαι μοι γινόμενται⁷⁾, ὥς ἄσπετος ἐπὶ πύρρι ἐπύρριον καὶ θεῶν τῶ πάντων δεσπότης ἐκρημάτιστα· ἐπὶ γὰρ τῆς κατ' ἀρχὰς θλιβούσης με ἡσυχίας ἐν τῇ τῶν πραγμάτων ἔκτασι καὶ ἡσυχίᾳ ἡγαγασθῆναι ἔλεον, καὶ τότε ἐταλάνισεν οὗς τὴν ἀρχὴν δι' ἀγνοίας μετακρίναι συνθέτοισι.⁸⁾ III. Ἐκ παιδὸς ὅν ἡλικίας ὥν ἐν τοῖς⁹⁾ τοιοῦτοις λογισμοῖς, χάριν τοῦ μεθεῖν τι βέλτοις εἰς τὰς τῶν φιλοσόφων ἐφοίτων διατριβὰς· καὶ οὐδὲν ἔπειτα εἴδωκεν ἡ δογματικὴν ἀνασκευάσας καὶ κατεσκευάσας καὶ ἔχειν καὶ φιλοσοφίας καὶ συλλογισμῶν εἰγνῶν καὶ λημμάτων ἐπινοίας¹⁰⁾, καὶ ποτὶ μὲν¹¹⁾ ἐποκράτει, φησὶ λέγειν, ὅτι ἀθάνατος (orient. addit ἢ) ἢ ψυχῇ, ποτὶ δὲ ὅτι θνητῇ. καὶ ὁπότε γότῃ (Ital. οὐν)¹²⁾ ἐπεκράτει λόγος ὅτι ἀθάνατος ἢ ψυχῇ¹³⁾, ἔλαττον ὁπότε δι' ὅτι θνητῇ, ἐλπιούμην¹⁴⁾ ὅτι οὐδ' ὁποιοῦνται (ita Ital., orient. -τερον) τις τὸν ἐμὸν βεβαιώσω γότῃ ἡδύτατο¹⁵⁾, πλὴν ἐν ἐσόντι¹⁶⁾, ὅτι αἱ δοξαί τῶν ὑποθέσιν παρὰ τοῖς ἐκδοκῶνταις ψευθεῖς ἢ ἀληθεῖς ἐπολεμίζονται, καὶ οὐχ ὥς ἔχοναι ἀληθείας γναισκται¹⁷⁾. ἐπιστήσας ὅν ἡδὲ ποτὶ ὅτι οὐ πινὰ τὰς ἐκδοκῶνταις ὑποθέσεις ἢ κατὰληγας γίνεται, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἐκδοκῶνταις αἱ δοξαί ἀποφαίνονται¹⁸⁾, ἔτι μᾶλλον ἐλλογίαν (Ital. ἐλλογ.) ἐν τοῖς πράγμασιν. διὸ ἐκ τῶν τῆς

¹⁾ ἢ καὶ: sic rectissime uterque noster. Cot. om. ἢ; cod. Ottob. καὶ ἢ.

²⁾ Ita omnes Homilium codices, contra Epitome, per cetera satis consonans, *διανοητοῦμενος*.

³⁾ Ita rursus omnes Homil. codd., contra Epit. *ἀπαισώτων εἶχον αὐτὴν λέπειν, καὶ τοσοῦτον*.

⁴⁾ Consensunt Homil. codices; contra Epit. *ἐν περὶ τοῖτων φροντίδα ὥς μετακρίναι ἐλαττόμην*.

⁵⁾ *ἀνωμότατον* — *lucanus*: in his proreus conveniunt Homil. et Epit.

⁶⁾ ἀγαθῶν: ita mei cum Cotelero; Ottob. ἀγαθῶν. Epit. omittit.

⁷⁾ *γινόμενται*: ita orientalis; Italicus cum Cot. *γινόμενται*; Dress. *γινόμενται*.

⁸⁾ Cum his, in quibus consensunt Homil. codices, conferre iuvat textum Epitomes qui sic habet: *ὡς ἄσπετος ἔντονος ἀπὸ τοῦ εἶναι, καὶ θεῶν τῶ πάντων ἐκρημάτιστα ποιεῖ· ἐπὶ γὰρ τῆς κατ' ἀρχὰς με πινώσης ἡσυχίας ἡγαγασθῆναι εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ἐλπίδα ἔχοντα*, καὶ οὐς τὴν ἀρχὴν δι' ἀγνοίας μετακρίναι συνθέτοισι.

⁹⁾ τοῖς: ita uterque meus; Cot. et Dr. omittunt, item Epitome.

¹⁰⁾ καὶ οὐδὲν — *lucanus*: rursus in his plena codicum Homil. consensio; Epit. vero sic: *ἀλλὰ καὶ οὕτως οὐδὲν ἔντονος παρ' αὐτοῖς· τὸ σποδιαζόμενον εἶδωκεν ἢ δογμ., ἀνασκ., κ. κατασκ. ἡδύτατος τε κ. συλλ. εἶχον. καὶ δὴ καὶ λημμ. εἶχον*.

¹¹⁾ *ποτὶ μὲν* — *ποτὶ δὲ*: ita rectissime uterque meus cum Epitome; Cot. *ὅτι μὲν* et *ὅτι δὲ*, Ottob. *ὅτι μὲν* et *ὅτι δὲ*.

¹²⁾ Haec praestare videntur lectioni vulgatae: *εἰ ποτε οὐν*, item lectioni Epitomes καὶ *οὐκ* *μὲν* *pergit λόγος* *ἐκρημάτων ἦν*.

¹³⁾ Ita nostri codd. cum Epitome; Cot. et Dr. omittunt ἢ ψυχῇ.

¹⁴⁾ In cod. Cotelarii desunt *ὅτι* *θνητῇ* usque *ἡσυχίας*. Nostri vero cum Ottheobon. consensunt, quorum ad scripturam prope accedit Epitome.

¹⁵⁾ Etiam haec, quibuscum Epit. consensit, omnino praestant lectioni Cot. et Dr. quae sic habet: *ὅτι οὐδ' ὁποιοῦνται εἰς τὸν εἶναι βέλ, τὸν ἡδύτατον*.

¹⁶⁾ *ἐν ἐσόντι*: ita adhibita Ruffini versione (*sed hoc tantum intelligebam*) scripsi pro eo quod in meis codd. pariterque a Cot. in Epitome editum est, *ἐσόντι*. In Homil. Cot. et Dr. ediderant *συνθέτοισι*.

¹⁷⁾ Haec Epitomator sic mutavit ut pro *ὕποληψι* scriberet *ἀποφαίνονται*, ac pergeret καὶ *οὐχ* *ὡς* *ἐλ. αἰται ἐπ' ἡσυχίας καταληγόμενται*, reliqua vero quae in Homiliis sequuntur: *ἐκρημάτας* usque *ἀποφαίνονται* omitteret. Quem ad locum cf. Ruffini versio.

¹⁸⁾ Ita nostri, in eundemque modum legendum esse censuit Cotelarius; codd. vero Paris. et Vatic. *ἀποφάινονται*.

ψυχῆς βάθος ἐστίαζον· ὅτι γὰρ τι βεβαιώσει οὕς τε¹⁾ ἡμῶν, ὅτε τῶν τοιούτων φορητοὶ ἀπο-
αίσασθαι ἐδυνάμην²⁾, καίπερ βολόμενος, ὡς³⁾ φθάσαι ἔπαι· ὅτι ἡμῶν πενήσιτον ἰσχυάζην ἐπι-
τάσσοντι⁴⁾ οὐκ οἷδ' ὅπως⁵⁾ λαμβανέτω· μὲν ἡδονῆς ὁ τὸν τοιούτον μοι⁶⁾ ἐσόμενον λογιζόμενος. IV. Καὶ
πάντα ἀπορήκοντες ἔλεγον ἡμῶν Τί ματαίωπον⁷⁾, αἰσῶς ὅτος τοῦ πράγματος, ὅτι ἐμὲ θανάτῳ οὐκ
εἰμί, τὸν ὅντι μὲν ληπείσθαι οὐ προσήκον⁸⁾. Διὸ τρέσω τὸ ληπείσθαι εἰς τὴν τότε⁹⁾, ὅτι οὐκ οὐκ οὐκ (orient.
praetormittit) ληπείσθαι. ἐξ δ' ἄρα (orient. ἀρα) εἰμί, τί τὸν ἐκ περασσοῦ μοι πρόσθεσι τὸ ληπείσθαι;
Mt. V. 21 ἄρα. semper est ἰσχυρὸν, non ἰσχυρὸν 5, 28. ἐπισημασία αὐτῆς 5, 44. καλὸς ποιεῖται τοῖς μυσταῖς ἡμῶς 5, 47. τοὺς γὰρ τὸν ἡμῶν μόρον VII, 14. εἰς αὐτὴν ἡ πύξ 7, 22. οὐ γὰρ σὺ ὄντως ἐπισημασίαν. Eodem modo 15, 7. legitur καλὸς ἐπισημασίαν. Aliter vero est 11, 13. ubi legitur τὸς ἰσχυροὺς παραστήσαντες. Mt. VIII, 8. μὲντοι ἐπὶ λόγῳ IX, 5. ἀπὸ τοῦ (ante ἀπὸ τοῦ) σοῦ αἰματικῆς, ἡ εἰρημὴ ἔχοντα καὶ 9, 17. ἀμνηστία συντηροῦντα 9, 18. ἀρχὴν εὐαγγελίου προσέτις X, 10. τοιαύτης ἐνέχουσα, λοιπὸς καθαρίζεται 10, 10. ὁ ἀναγὰρ τοῖς μυστοῖς αὐτοῦ (absque ὁστί) 10, 12. secunda manu additum: ὁ ἡμῶντος ἐπὶ τοῦ σῶμα τοῦτον 10, 13. εἰσάγειται ἡ ἐκείνη ἡμῶν 10, 19. ὅταν δὲ παραδωθῶσιν ἡμῶς 10, 28. καὶ μὴ φοβηθῶντες ἀπὸ τῶν ἀπεικονιστῶν XI, 8. ἐν τοῖς σπῆλαις τὸν βασιλεὺς εἰνάν 11, 10. ἰδοὺ ἐγὼ πᾶσιν 11, 16 σ. ὅμοια αὐτὴν παλαιὴν καθαρῶς 11, 18 ἀναγὰρ καὶ προσκοινωνῶν τὴν ἐταίρειαν αὐτοῦ καὶ ὡς τὸν ἐπὶ τὴν ἐκείνην ἡμῶν καὶ οὐκ ἀναγὰρ τὴν ἐταίρειαν 11, 28 καὶ οὐκ ἀναγὰρ τὴν ἐταίρειαν XII, 15. μὲντοι εἰδὼς τ. ὁ σ. καὶ τ. ὡς αὐτὸν εἰκονιστῶν σ. τὴν καθαρὴν πνεύματος καὶ ἐπιστημονιστῶν καὶ ἰσχυρῶν αὐτοῦ 13, 27. πῶθεν οὐ γὰρ εἰς αὐτὴν 13, 30. ὁρατε αὐτὰ διαφῆς 13, 44. καὶ εἰδὼν εἰσάγει XII, 13. ἐπὶ τοῖς γένεσιν, λοιπὸν XV, 32. ἡμῶν τῆς προσκοινωνίας μου XIX, 29. ἡ ἀμνηστία ἐκείνη ἡμῶν, ἐκαστοῦται. λήφεται XXII, 37. ἐν τῇ τῇ καθαρῇ σοῦ καὶ ἐν τῇ (recentius additum est τῇ) πνεύμα σοῦ καὶ ἐν τῇ τῇ βασιλείᾳ σου XXIII, 8. εἰς γὰρ ὅταν ἡμῶν οὐ καθαρῶς, ὁ Χριστὸς: corrector vero ε. γ. ε. ὁ διδασκαλῶν, ὁ Χριστὸς 23, 30. ἡμῶν XXV, 2. πέντε δὲ ἡμῶν εἰς αὐτὸν ὁρατῶν (sic) καὶ αὐτὸν μακαρί 25, 48. ἰσχυρὸν δὲ καὶ πύξ. Marc. V, 3 ἐστὶ οὐδὲς εἰδέναι. Luc. III, 32. τὸν ἰσχυρὸν 35. τὸν ἰσχυρὸν ἐπὶ τὸν ψάλλῃ VII, 4. ἡμῶν ὅταν ὁ πνεύμα τῷτον XII, 16. καθαρῶν ἐπὶ ἡμῶν ε. v. 32. ἡμῶν ἐπὶ τὸν πνεύμα Ioh. VII, 39. οὐ ἡμῶν ἐπὶ τὸν ἡμῶν οὐδὲν VII, 52. post ἡμῶν τῶτον statim pergitur: ἡμῶν ἐπὶ τὸν ὁ ἡμῶν ἐκαστοῦ ἡμῶν (S, 12). Praeterea notavi ὁρατῶν, ἡμῶν, τὰ διδασκαλῶν, ὁρατῶν, ὁρατῶν, καὶ πύξ.

II.

Mt. VII, 29. ὅν γὰρ διδάσκουσιν αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχουσιν καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς VIII, 28. εἰς τὴν χωρίαν τῶν Γεργασίων XII, 29. ἐὰν μὴ πρῶτον δέξῃ τὸν πνεῦμόν, καὶ τότε τὴν χάριν αὐτοῦ διαδώσει XIII, 33. ἐπέσπευσεν εἰς ἀλυσίον 13, 44. ἐνέσκημι σχολάζοντα περισπαυμένον καὶ περισπασμένον

13, 52. μαθητευοὺς εἰς τὴν βασιλείαν XVI, 3. καὶ ἔθεντο ἐν γαλακτὶ διὰ Ἡρωδιᾶδα. XIX, 16. Ἀδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ἀγαθὸν ποιῶσα ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον XX, 30. Διέσχον ἡμεῖς κίχρη νῆος διεδ. XXI, 28. ἀνθρώπος ἔχεν νίκαια διὰ XXII, 32. οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς Θεὸς νεκρῶν ἀλλὰ ζώντων. Luc. III, 32. τοῖς Ἰσραὴλ IV, 27. Νειμὴν ὁ Σάρος et 31. εἰς Καπερναοὺν VIII, 26. εἰς τὴν γῆναι τῶν Γαλιλαίων. Ioh. VII, 52. προσήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήνηται.

XV

In clarissima bibliotheca ducali quae Guelferbyti floret ex longo tempore celeberrimus est codex Originum Isidori. Celebritatis autem caussa non in his Isidori Originibus¹⁾ posita est, sed in iis quae sub Isidori textu scripta latent. Est enim codex rescriptus isque compactus ex variorum antiquissimorum codicum reliquiis, quarum pro summa similium monumentorum raritate nihil magis in laudem pervenit fragmentis Gothicis epistolae Pauli ad Romanos. Erunt haec fragmenta e litura palimpsesta forasque dedit ante annos fere centum vir ad promovendas litteras curiosissimus Franciscus Antonius Knittel.²⁾ Quibus Gothicis fragmentis laude proximae sunt reliquiae duorum codicum Graecorum quibus olim quattuor evangeliorum textus continebatur. Etiam ad has crudendas edendasque Knittellii cura pertinebat: nisi quod plures paginas plane non legit, alias multis lacunis relictis, denique permulta quae edidit parum accurate, certe parum feliciter tractavit. Propterea nuper ipsi, quicquid eorum Novi Testamenti codicum et aetate et textu praestantissimorum superest, maximo cum studio pertractavimus: cuius studii eventum habuimus tantum ut nova quam dabimus editio nomine principis nuncupanda videatur. Sed ea de re nunc non explicatius dicendum est; dicemus enim propediem alibi. Pergimus autem ad reliquias eiusdem palimpsesti codicis partes, ad quas nonnihil curae contulimus.

Graece quidem scripta non sunt nisi Galeni fragmenta. Quae quot et quibus foliis inveniantur, iam e libro Knittellii satis disci potest. Longe eorum plurima, si cum aliis comparantur libris palimpsestis vel etiam cum partibus Graecis Novi Testamenti in eodem codice scriptis, non difficillima ad legendum sunt. Scripturae specimen a Knittellio exhibitum quum ab ipso codice nimium discedat, faciendum curavimus aliud et tabulae nostrae quartae praeposito numero VII. inserendum. Exarasse puto Galeni codicem cuius illa fragmenta supersunt, hominem sexti vel septimi saeculi.

Latinae vero scripturae quattuor distinguendae sunt. Prima est qua interpretatio continetur textui Paulino Gothico apposita, folia occupans quattuor. Hanc eadem tabula

¹⁾ Scripturae specimen exhibuit Mabillon in libro de re diplomatica pag. 351. tab. 4. nr. 1. Litterarum genus Saxonicum vocat; aliis Toletanum dicitur, in Hispania olim celebratissimum.

²⁾ Libro suo hunc titulum fecit: *Uplihiae versionem Gothicam nonnullorum capitum epistolae Pauli ad Romanos. Venerandum antiquitatis monu-*

mentum pro amisso omnino atque adeo deperdito per multa saecula ad hunc usque diem habitum. E litura codicis cuiusdam ms. rescripti qui in augusta apud Guelferbytanos bibliotheca adservatur una cum variis variae litteraturae monumentis huc usque ineditis eruit commentatus est datque foras Franc. Aut. Ka. (1762.)

quarta repraesentavimus numero V. Ipsum textum infra apponemus, quoniam non modo litterarum pallentium plus quam Knittelio assequi sed nonnulla etiam quae ille iam legit paullo rectius legere nobis contigit. Cf. fol. CCLXXVII. vers. v. 14 et 27; fol. CCLVI. vers. v. 8. 9. 10. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 26; eiusdem recti v. 1; fol. CCLV. versi v. 1; recti 1. 10. 12; fol. CCLXXX. recti v. 3. 13. 17.

Duobus locis prima lectio mutata est: fol. 255, versi versu 4, ubi d littera lineae superscripta est, forma quidem paullo minori, eandem tamen nisi fallor aetatem referente. Fol. eiusdem recti versu 10. ex vestrum correctum est nostrum, manu satis antiqua, sed non ipsa prima ut videtur. Knittelius nihil nisi quod ab emendatione est viderat. Praeterea eodem folio versu 12. aesca est ut edidimus, alibi esca. Item, ut iam recte Knittelius ediderat, voluntas, in ira, spernes, cet. E quod ad finem folii 280. adpinximus plane Graecam habet formam. Videtur ex numeris esse quibus quaterniones codicis numerabantur.

Altera est fragmentorum libri Iob folia octo occupantium, exhibita a nobis eadem tabula numero IV. Textus est Hieronymi interpretis, ab editis non ita diversus. Lectionis specimen infra dabimus, indicantes una quae quovis folio continentur.

Tertia viginti duo folia occupat, in quibus textus legitur libri Iudicum; certo enim quicquid legimus ad istum librum pertinet. Ea vero quae legimus infra addemus. Sunt etiam haec a textu Hieronymi. Scripturam expressimus tabula IV. numero III.

Quarta quae restat, prae reliquis omnibus latet, nec erit facile qui plene legat. Pertinent ad hanc omnia ea folia quae fugerunt aciem Knittelii, tria (211. 216. 276.) dicentis „semisepulta“, alia septem (214. 217. 281. 319. 320. 321. 322.) „sepulta“, alia denique praetereuntis silentio. Aliquot ex his folia chemicis adhibitis clariora reddere nobis licuit; nihilominus magna remanebat difficultas legendi. Inter alia legimus folio 211. verba haec, cum epist. ad Rom. cap. VII. conferenda:

peccatū ei dominabitur neque sub lege cessat enim circa eum auctoritas legis quia liberatus est a peccato quos enim reos te

(v. 25.) sed ipsius dī providentiam secuti su

(v. 26.) mus per xpm.

(v. 27.) Nescitis cui exhibetis vos servos ad oband

Concludendum ex his videtur, fragmenta ista ad commentarium vel potius ad hominiam in epistolam ad Romanos scriptam pertinere. Scripturae ratio ea est ut Latinis prioribus, quas nescio an quinto et sexto saeculo adscribam, aetate paullo cedere videantur.

Iam igitur dabimus loco primo (A) fragmenta versionis Latinae textui Gothico appositae, secundo (B) et tertio (C) fragmentorum libri Iob et libri Iudicum specimina.

FOLIUM CCLXXVII.

FOLIUM RECTUM.		FOLIUM VERSUM.	
— — — — —		— — — — —	
	et scientiæ dī		in novitate
	quam scrutabilia sunt		sensus vestri
	iudicia eius		ut probetis
5	et investigabiles		quæ sit voluntas dī
	viæ eius		quod bonum
7	Quis enim cognobit		et beneplacitum
	7 sensum dñi		et perfectum
	7 aut quis illi	—	Dico enim per gratiam dī
10	7 consiliarius fuit		quæ data est mihi
	7 aut quis		omnib⁹ qui sunt inter vos
	7 prior dedit illi		non plus sapere
	7 et reddetur ei		quam oportet sapere
	7 quoniam ex illo		sed sapere ad prudentia
15	7 et per ipsum		et unicuique
	7 et in ipso omnia		sicut divisit d̄s
	7 ipsi gloria		mensuram fidei
	in saccula amen.		sicut enim
—	Obsecro itaq⁹ vos fratres		in uno corpore
20	per misericordiam dī		multa membra
	ut exhibeatis corpora vestra		habemus
	hostiam vivam scām		membra autem omnia
	placentem dō		non eundem
	rationabile		actum habent
25	obsequium vestru		ita multi unum corpus
	nolite configurari		sumus in xp̄o
27	huic mundo		singuli autem alter

FOL. CCLVI. INVERSUM.

FOLIUM VERSUM.

coram dō
 sed etiam coram
 hominibus
 — Si fieri potest
 5 quod ex vobis est
 cum omnib· hominib·
 pacem habentes
 non vos ipsos
 defendentes
 10 karissimi
 sed date locum irae
 — Scribunt enim
 7 mihi vindictam
 7 ego retribuam dicit dñs
 15 7 Si esurierit inimicus tuus
 7 ciba illum
 7 et si sitierit
 7 potum da illi
 7 hoc enim faciens
 20 7 carbones ignis
 7 congeres
 7 super caput eius
 7 noli vinci a malo
 7 sed vince
 25 7 in bono malum
 — Omnis anima potestatib·
 27 sublimibus subdita sit

FOLIUM RECTUM.

non est enim potestas]
 nisi a dō
 quae autem sunt
 a dō ordinatae sunt
 itaque qui resistit
 5 potestati
 dñi ordinationi resistit
 qui autem resistent
 ipsi sibi
 damnationem adqui
 10 runt
 nam principes
 non sunt timori bono
 sed malo operi
 vis autem
 non timere potestate
 15 bonum fac
 et habebis laudem ex illa
 dñi enim minister est tibi
 in bonum
 si autem malum feceris ti
 20 me
 non enim sine causa
 gladium portat
 dñi enim minister est
 vindex
 in ira
 25 ei qui malum agit
 ideoq· subditi estote
 27

FOLIUM CCLV. INVERSUM

FOLIUM VERSUM.

ut et vi[^{vorum}]
 et mortuorum
 dominetur
 — Tu autem qui ^diudicas
 5 fratrem tuum
 aut tu quare spernes
 fratrem tuum
 omnes enim stabimus
 ante tribunal xpi
 10 7 Scribitum est enim
 7 vivo ego dicit dñs
 7 quoniam mihi flectet om
 7 et confitetur ^{ne} genu
 7 omnis lingua dō
 15 — Itaq. unusquisq. nostru
 pro se rationem
 reddet dō
 non ergo amplius
 invicem iudicemus
 20 sed hoc iudicate magis
 ne ponatis
 offensionem fratri
 aut scandalum
 — Scio et confido in dño ihu
 25 quia nihil commune
 per se ipsum
 27 nisi ei qui existimat

FOLIUM RECTUM.

quid commune [esse]
 illi commune est
 nam si propter escam
 frater tuus contrista
 tur
 iam non secundum cari
 5 noli esca tua ^{tatem} ambulas
 illum perdere
 pro quo xps mortuus est
 non ergo blasfemetur
 bonum ^{no} vestrum
 10 non est enim regnum dī
 aesca et potus
 sed iustitia eet pax
 et gaudium
 in spu sco
 15 qui enim in his
 servivit xpo
 placet dō
 et probatus est
 hominibus
 20 — Itaque
 quae pacis sunt
 sectemur
 et q. aedificationis sunt
 in invicem custodiamus
 25 noli propter escam
 destruere opus dī
 27

FOLIUM CCLXXX.

FOLIUM RECTUM.

FOLIUM VERSUM.

	inproperantium		propter veritatem dī	
	tibi caeciderunt super m[e]		ad confirmandas	
—	Quaecumque enim		promissiones patrum	
5	praescripta sunt		gentes autem	5
	ad nostram doctrinam		propter misericordiam	
	scripta sunt		honorare dñm	
	ut per patientiam	—	Sicut scriptum est	
	et consolationem	7	propter hoc confitebor	
10	scripturarum	7	in gentibus dñe tibi	10
	spem habeamus	7	et nomini tuo	
	dñs autem patientiae	7	cantabo	
	et solacii	—	Et iterum dicit	
	det vobis id ipsum sapere	7	lactamini gentes	
15	in alterutrum	7	cum plebe eius	15
	secundum xpm ihm	—	Et iterum dicit	
	ut unianimes in uno ore	7	laudate omnes gentes dñm	
	honorificetis dñm	7	et magnificate eum	
	et patrem dñi	7	omnes populi	
20	nī ihu xpi	—	Et iterum escias ait	20
	propter quod suscipite	7	et erit radix iesse	
	invicem	7	qui exsurgat	
	sicut et xps	7	regnare gentibus	
	suscepit vos	7	in eo gentes sperabunt	
25	in gloriam dī	—	Dñs autem spei	25
—	Dico enim xpm ihm		repleat vos	
27	ministrum fuisse		omni gaudio	27

— e —

ROM. XV, 3 — 8.

ROM. XV, 8 — 13.

FOLIUM CCLXXXIV.

FOLIUM RECTUM.

— — ens autem — — — — —
 usque quo loqueris talia et spiritus
 multiplex sermone oris tui·
 numquid d's supplantat iudicium
 5 et omni p's· subvertit quod iustum est·
Etiam si filii tui peccaverunt ei et
 dūnisi eos in manu iniquitatis
 suae· tu tamen si diluculo con
 surrexeris ad dñ· et omnipoten
 10 tem fueris depraecatus·
 si mundus et rectus incesseris
 statim evigilabit ad te et pacatu
 reddet habitaculum iustitiae tuae·
In tantum ut priora tua fuerint
 15 parva et novissima tua multi
 plicentur nimis· interroga eni
 generationem pristinam et dili
 genter investiga patrum memoria·
Hesterni quippe sumus et ignora
 20 mus quoniam sicut umbra dies
 nostri sunt super terram·
Et ipsi docebunt te· loquentur tibi
 et de corde suo proferent eloquia·
 24 numquid virere potest scirpus

FOLIUM VERSUM.

absque humore· aut crescere carec
 tum sine aqua· cum adhuc sit
 in flore nec carpatur manu an
 te omnes herbas arceit·
 sic viae omnium qui obliviscuntur 5
 dñi et spes ipoeritae peribit·
 non ei placebit vaecordia sua
 et sicut tela aranearum fiducia
 eius· innitetur super domum
 suam et non stabit· fulciet eam 10
 et non consurget· unectus vi
 videtur antequam veniat sol
 et in ortu suo germen eius egre
 dietur· super acervum petraru
 15 radices eius densabuntur et in
 ter lapides commorabitur·
 si absorbuerit enim de loco suo ne
 gabit eum et dicet non novi te·
 haec est enim lactitia viae eius
 ut rursum de terra alii germi 20
 nentur· d's non proiciet sim
 plicem nec porriget manum ma
 lignis donec impleatur risu os
 tuum et labia tua iubilo· 24

Quae mira in his — si excipis fol. rect. v. 3. *sermone*, v. 4. *et*, v. 14. *ut priora* — consensio cum editis eat, ea satis probat quanta antiquitatis laude excellat textus libri Iob Romae editus. Septem foliis reliquis haec continentur: fol. CCLXXXV. Iob. 3, 6—4, 2; fol. rectum incipit a verbis: *sideat non computetur in diebus; extrema sunt: cessaverunt a tumultu: et ibi requi*; pergit fol. versum: *everunt fessi robore: et quoniam, usque: sermonem tenere quis possit*. Fol. CCLXXXVII. Iob. 4, 3—5, 1; fol. rectum: *ecce docuisti multos et manus las — visionis nocturnae quando solet*; fol. versum: *copor occupare homines: pavor — voca ergo si est qui tibi responde* || *ut: et ad aliquem eorum conver* || *tere*. Fol. CCCXXVI. Iob. 5, 2—5, 24; fol. rectum: *Vere stultum interfecit iracundia — eorum quod corperant*; fol. versum: *qui adprachendit sapientes in astu — tuum: et bestiae terrae pacifi* || *cae erunt tibi: et scies quod*. Fol. CCCXXXII. Iob. 5, 24—6, 14; fol. rectum: *pacem habet tabernaculum tuum — aut mugit bos: cum ante praese* || *pe plenum aeterit*; fol. versum: *Aut poterit comedi insulsum quod — derelinquet: fratres mei prae* || *terierunt me sicut torrens qui*. Fol. CCCXXVII. Iob. 6, 15—7, 4; fol. rectum: *raptim transit in convallibus — veritatis cum e vobis nullas* || *sit qui possit arguere.*¹⁾ Fol. CCCXXXIII. Iob. 7, 4—7, 21; fol. rectum: *vesperam et replor doloribus — numquid mare sum ego aut cetus* || *quia circumdedit me carere*; fol. versum: *si dicero consolabitur me lectulus — dormiam: et si mane me quae* || *aeris non subsistat*. Fol. CCLXXXVI. Iob. 8, 22—9, 20; fol. rectum: *qui oderunt te induentur confusi — non videbo: si abierit non intel* || *gam eu* fol. versum: *si repente interroget quis respon — ero: os meum condemnabit me: || si innocentem ostendere*²⁾ *pravu* 3).

¹⁾ Non additum est me.

²⁾ Sic, non ostendero. Item paulo ante intellegam cum ab editis differt ubi em deest.

³⁾ Vacuo hoc spatio ita uti placet ut mentionem iulicam codicis evangeliorum Latini Taurinensis, septimi ut videtur saeculi, cuius indolem mihi olim scire cupienti vir cl. Amad. Peyron plura lectionis exempla misit. Sunt ea ita comparata ut saepe confirmet codices versionis Hieronymi praestantissimos Amiatinum et Fuldensem, passim vero ab emendatore nescio quo profecta videantur, quippe quae ab editione Romana pariter atque a plerisque antiquis codicibus discedant. Praeterea singulare hoc est quod passim Marci textui supra lineam adscripta sunt quae locis Matthaei geminis leguntur. Ex capitulis Marci quattuor haec cum lectionibus Amiatinis conveniunt: 1, 2. ecce mitto absque ego, *ibidem* denunt verba ante te; v. 2. *est* et egrediebantur ad illum, *item* Iordane flumine; v. 19. in navi componentes retia; v. 27. quae doctrina haec. 2, 5. peccata *sine* tua; v. 22. vinum novellum; v. 23. cum sabbatis *sine* dominus, *item* comissent praegradi. 3, 29. non habet remissionem. 4, 1. ut in narem ascendens, v. 4. volucres *sine* caeli, v. 6. non haberet radicem. v. 11. est scire mysterium; v. 23. et cum se producerit. Alterius generis sunt: 1, 16. ubi ad „Simonem“ supra lineam additur: „qui dicitur Petrus“; v. 19. ubi ad „in navi“ eodem modo additur „cum zebedeo patre ipsorum“; *item* 2, 23. ad „sapientia“; „et manducare“; *item* 2, 26. ante „sacerdotibus“; „solis“. Tertiis generis sunt: 1, 30. ei de ipsa. v. 36. persecutus est. v. 40. domine, si vis. v. 41. extendens 2, 24. faciunt discipuli tui sabbatis 3, 9. ut in navicula sibi deservirent. v. 26. dispersit erit et non potest stare 4, 10. cum eo erant discipuli parabolas v. 28. si faciat homo sementem. v. 34. *sine* parabolis autem.

FOLIUM CCLXXXIII.

www.libtool.com.cn

FOLIUM RECTUM.

FOLIUM VERSUM.

Noluit
 efraim etiam non interfecit
 chananeum qui habitabat
 in gazer
 5 sed habitabit cum eo zabulon
 non delebit habitatores
 caetron et naalon
 sed habitabit chananeus in
 medio eius factusque est ei
 10 tributarius
 aser quoque non delevit habi-
 tatores achacho et sidonis
 alabh et achazib et albha
 et afech et rohob
 15 habitavitque in medio chana-
 nei habitatoris illius terrae
 nec interfecit eum
 18 neptali non interfecit habitatores

Bethsemes et bethanath
 et habitavit inter chananeu
 habitatorem terrae
 fueruntque ei bethsemitae
 et baethanitae tributarii 5
 artavitque amorreus filios
 dan in montem
 nec dedit eis locum ut ad pla-
 niora descenderent
 habitavitque in montem 10
 hares quod interpretatur
 testaceo
 in ahilon et sadalin
 et aggravata est manus domus
 ioseph factusque est ei 15
 tributarius
 fuit autem terminus amorrei
 ab ascensu scorpionis petra 18

FOLIUM CCLXXXII.

FOLIUM RECTUM.

Necionem caderet
 sisara autem fugiens perve
 nit ad tentorium iahel
 uxoris aber cinaci
 5 erat enim pax inter iabin
 regem asor et domum
 aber cinaci
 egressa igitur iahel in occur
 sum sisarae dixit ad eum
 10 intra ad me domine mi intra
 qui ingressus tabernaculum
 eius et opertus ab ea pallio
 dixit ad eam
 da mihi obsecro paululum
 15 aquae quia valde sitio
 quae aperuit utrem lactis
 et dedit ei bibere et operuit
 18 illum dixitque sisara ad ea

FOLIUM VERSUM.

Sta ante ostium tabernaculi
 et quum venerit aliquis inter
 rogans te et dicens
 numquid hic est aliquis
 respondebis nullus est 5
 tulit itaque iahel uxor aber
 clavum tabernaculi
 assumens pariter malleum
 et egressa absconse et cum
 silentio posuit supra tem 10
 pus capitis eius clavum
 percussumque malleo defixit
 in cerebrum usque ad terra
 qui soporem morti socians
 defecit et mortuus est 15
 et ecce baraac persequens
 sisaram veniebat
 egressaque iahel in occursum 18

FOLIUM CCLXXXIX.

www.libtool.com.cn

FOLIUM RECTUM.

FOLIUM VERSUM.

Dixitque ei gedeon
 obsecro dñe si nobiscum est
 dñs quum apprehenderunt
 nos haec omnia
 5 ubi sunt mirabilia eius quae
 narraverunt patres
 nostri atque dixerunt
 de aegypto eduxit nos dñs
 nunc autem dereliquit nos
 10 et tradidit in manibus
 mazian
 respexitque ad eum dñs et ait
 vade in hac fortitudine tua
 et liberabis israhel
 15 de manu mazian
 scito quod miserim te
 qui respondens ait
 18 obsecro dñe mi in quo liberabo

Israhel
 Ecce familia mea infirma est
 in manasse
 et ego minimus in domo
 patris mei 5
 dixitque ei dñs ego ero tecum
 et percuties mazian
 quasi unum virum
 et ille si inveni inquit gratiam
 coram te 10
 da mihi signum quod tu sis
 qui loqueris ad me
 ne recedas hinc donec re
 vertar ad te
 portans sacrificium et offe 15
 rens tibi
 qui respondit ego praestola
 bor adventum tuum 18

XV.

In eadem bibliotheca Guelpherbytana alius est liber palimpsestus antiquissimus, bis Latine scriptus.¹⁾ Scriptura quae priore deleta membranam occupavit opus continet quod Prosperi Aquitani esse vulgo olim creditum est, quum potius sit Iuliani Pomerii Arelatensis, inscriptum de vita contemplativa. Quam scripturam recte saeculo septimo adscribere solent. Ea vero multo antiquior est prior scriptura, a nobis specimine expressa tabula IV. numero II. Ista quin quinti saeculi sit, haud dubito. Continet fragmenta lectionarii, lectionibus quum e Veteri tum e Novo desumptis Testamento. Singulis lectionibus passim interpositae sunt notae, quibus cantus lectioni interficiendus indicari videtur. Ita fol. 71. rect. inter Hebr. 13, 21: *De autem pacis qui educit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine testamenti aeterni dñm nostrum Ihm agitet vos in omni bono ut faciat voluntatem eius, faciens in vobis quod placeat coram se per ihm xpian cui gloria in saecula saeculorum*, et Ioh. 10, 9. In tempore illo ait dñs ihs discipulis suis: *Ego sum ostium per me si quis introierit salvebitur*, interposita sunt verba haec: *exaltari electum de populo meo*. Item fol. 74. verso post verba: *sed haec loquutus sum vobis ut cum venerit hora eorum remittamini quae (si recte vidi) ego dixi vobis*. Ioh. 16, 2, antequam sequitur: *Lectione isaiae prophetae haec dicit dñs*, interiecta est nota: *iustus mature*. Rursus aliae notae textui similiter interpositae rationem liturgicam habent aliani, ut fol. 71. verso inter verba: *et nemo potest rapere de manu patris mei ego et pater unum sumus*, Ioh. 10, 30 et ea quae sequuntur: *Lectione esaiæ prophetae haec dicit dñs levate in excelsum oculos vestros*, interposita leguntur verba: *imponit sacerdos memorialē*. Sunt haec, ni fallor, eiusmodi ut adiuvent indagantes quae antiquissima ecclesiae Latinae liturgia fuerit. Quam ad rem codex Guelpherbytanus eo est gravior quum ipsum Gallicanum lectionarium aetate superare propterea quod antiquissimum librorum eius generis exemplum esse videatur. Non dubium est quin totum codicem ea qua in excutiendis libris palimpsestis opus est patientia subtilitateque pertractaturis multo plures inveniendae sint notae liturgicae. Ita ad tres iam relatas accedit quarta folii 73. versi versus 20; item quinta fol. 77. vers. ab initio.

Textus lectionum mirum hoc habet quod, quum plerumque cum Hieronymo interprete consentiat, passim ab eo magna cum licentia discedit. Quam ad rem valuisse videtur lectionarium natura; in libris enim ecclesiasticis praesertim antiquissimis non tanta quanta in codicibus continui textus anxietas obtinuit integritatis textus conservandae. Tamen pro ea qua lectionarium Guelpherbytanicum est cognatione cum quibusdam Italiae quam vocant versionis testibus plura quae ab Hieronymi usu diversa habet ab antiquiore recensione pendere videntur. Quae lectionarii ratio quo melius iudicari possit, adscribam aliquot paginas integras, item plures locos et lectiones in quibus memorabile aliquid inest. Pagina folii LXXVII. sic habet:

¹⁾ Breviter iam de eo et de utraque eius scriptura exposuit Knittelius in Commentarii sui ad Ulpianae textum appendice I. l. pag. 507 — 509. Codicem dicit LXXVI. Weissenburgensem. De quo quae scripsi, pleraque recte habent.

non derelinques animam meam

In tempore illo cum adprehendissent principes sacer

dotum scribae et farisaei dñm ih̄m ut eum morti tra-

derent· expuerunt in faciem eius et colaphis en-

ceciderunt· alii autem palmas in faciem ei dede-

5

runt dicentes prophetiza nobis x̄pe quis est qui te

percussit· petrus vero sedebat foris in atrio

et accessit ad eum una ex ancillis et dixit· et tu cum

ih̄u galilaeo eras· ad ille negavit coram omnibus

10

dicens nescio quid dicis neque intellego· exeunte

autem illo iannam vidit eum unus ex servis prin-

cipis sacerdotum cognatus eius cuius abscedet

petrus auriculam· nonne ego te vidi in horto cu-

illo· et iterum negavit eum iuramento non novi

15

hominem· et post pusillum accesserunt qui ibi

stabant et dixerunt petro vere ex illis es tu·

nam et loquella tua similis est· tunc coepit de

votare et iurare quod non novisset hominem·

Et continuo gallus cantavit· et respexit eum dñs ih̄s

et memoratus est petrus verbum ih̄u quod dixe-

20

rat· prius quam gallus cantet ter me negabis·

Et egressus foras amarissime ploravit· mane au-

tem facto consilium iunierunt omnes principes sa-

cerdotum et seniores populi adversus dñm ih̄m

25

ut eum morti traderent· et adduxerunt eum

ad 1) caipha in praetorium· erat autem mane·

26

1) Sic in schedis meis.

Quemadmodum in hac lectione textus Matthaei ex Iohanne interpolatus atque ex utroque nova quasi narratio contexta est, ita quae lectio fol. 73. et rect. et vers. ex priorē ad Timotheum epistula desumpta est, varios eius et alterius epistolae locos in novum ordinem redactos exhibet. Habet enim sic:

ait dñs d̄s

Fidelis sermo et omni acceptione dignus· quia si quis
episcopatum desiderat· bonum opus desiderat·

Oportit¹⁾ ergo episcopum irreprehensibilem esse
unius uxoris virum· castum· vigilantein· sobrium
pudicum prudentem ornatum hospitem· doctore
non vinolentum· non percussorem· sed modestu
non litigiosum· non superbum non copidum· non
avarum· suae domui bene propositum· filios
habentem subditos· cum omni castitate· Si quis
autem domui suae praeesse nescit· quomodo ecclē²⁾
siae dī diligentiam habebit·
tu autem sollicite cura te ipsum probabilem exhibere
dō operarium inconfusibilem recte tractantem
verbum veritatis· adtende lictioni exhortatio
ni adque doctrinae· noli negligere gratiam quae
in te est quae dabitur per prophetiam cum im-
positione manuum· haec meditare· in his esto ut pro-
fectus tuos manifestus sit omnibus· manus cito
nemini inposueris neque communicaveris pecca-
tis alienis· adtende tibi et doctrinae· insta in illis
hoc enim faciens et te ipsum salvum facies et qui te
audiunt· Si enim bene ministraveris· bonum gra-
dum adquires· et multam fiduciam in fide quae est
in xpo ihu dño nostro·

¹⁾ Eiusmodi formas iste codex saepe habet. Cf. antea v. 12. *abscedet*, infra *dicet*.

²⁾ Ita in codice scriptum est. Item v. 15. *lectioni*, v. 16. *adque et negligere*, v. 18. *meditare*, v. 19. *tuos*.

Cf. haec ad I. Tim. 3, 1—5. II. 2. 15. I. 4, 13—15. 5, 22. 4, 16. 3, 13.

Fol. 73. verso Ioh. 21, 15—17. sic legitur:

In tempore illo ait dñs ihs petro· Symon iohannis
amas me· dicit illi utique dñe· ait illi pascere agnos meos
dicit ei iterum· symon iohannis amas me· ait illi utiq̃
dñe tu scis quia amo te· dicit ei pascere oves meas
dicit ei tertio· Symon iohannis amas me· contris
tatus est petrus quia dixit ei tertio amas me¹⁾)

Et dicit ei dñe tu omnia scis· tu nosti quia amo te·

Fol. LXXVII. recto legitur Matth. V, 22 sqq. Ibi v. 22. deest *ignis*, v. 23. est *offerres*, v. 24. *vade prius reconciliari*, v. 27. *moecaberis* posteaque *moecatus*, v. 28. *dico vobis quoniam omnis*, v. 29. *proice*: ita hoc verbum cum similibus semper; v. 30. *expedit tibi*. Versus 31. et 32. praeteriti sunt. Versu 33. est *non iurabis*. De lectione e Iohannis capite 10. sumpta fol. 71. iam supra dixi. Inde notabilia inprimis haec sunt: v. 12. non omittit autem invitis Amiatino et Fuldensi codicibus, v. 15. habet *et ego cognosco patrem*, ibidem *meis* non omittit; v. 16. *audiunt*, item *fit unus grex*. Fol. LXXIV. verso legitur Ioh. 15, 17—25. 16, 1—4. Versu 17. est *ut diligatis invicem sicut dilexi vos*, v. 20. *sermones*, item *prosequenti*, v. 22. *loquutus eis fuisssem*, v. 25. *ut impleatur*, item *scriptus*, item *me habuerunt*. 16, 2. *se obsequium*, v. 4. *quae ego dixi vobis*. (Antea v. 3. non omittit *vobis*.) Fol. LXXXV. legitur Ioh. 20, 26 sqq. Versu 26. est *pax vobiscum*; v. 28. omittit *Thomas*, v. 29. est *dicit ei dominus Iesus*. Fol. XC. legitur 1. Cor. 7, 29 sqq. Versu 29. est *ut qui habent*, v. 32. *qui sene uxore*, v. 33 sq. *quomodo placeat uxori· et virgo quae innupta est cogitat quae*, item *sancta et corpore*; v. 35. *verba: et quod facultatem — obsecrandi praetermittuntur*. Versu 37. est *potestatem autem habet*. Fol. LXXXIX. legitur 1. Cor. 15, 51—58. Versu 51. est *resurgimus*; v. 52. *canit enim et*; v. 53. *incorruptellum*. Orthographica sunt: *immortalitatem*, *immobiles*, *absorta*. Fol. LXXXVIII. est Col. 3, 1 sqq. Ibi legitur v. 1. *consurrexistis Christo* et v. 3. *abscondita est*. Fol. XIX. legi Eph. II, 10—17. Ibi v. 12. est *in mundo*, v. 15. *in semet ipsum*. Cum hoc folio cf. LXXXII, ubi idem epistulae ad Ephesios locus habetur. Fol. LXXVIII. legitur Hebr. XII, 28—XIII, 10. indeque usque XIII, 17. 21. pergitur folio LXXI. Versu 1. est *maneat absque in vobis*; v. 9. *enim est gratia stabiliri*, v. 21. *voluntatem eius*, item *cui gloria*. De orthographicis notabilia haec: *regnum immobilem*, *emulamini*, *conubium*, *beneficientiae*. Fol. LXXXV. legitur Iacob. I, 2 sqq. Ibi v. 4. est *habeat*, v. 5. *sapientiam*, sed antea invitis Amiat. et Fuld. codd. retinetur *in temptationes varias*. Locum Actorum IV, 9—12. folio LXXIX. scriptum plene addam:

¹⁾ Inde a *contris* usque *amas me* omnia super rasuram rescripta sunt.

redarguimur in benefacto hominis languidi in quo
 hic sanatus sit· notum sit omnibus vobis et omni
 plebi isrl quia in nomine ihu xpi nazorei quem
 vos crucifixistis quem ds suscitavit a mortuis·
 in ipsius nomine virtutes operamur et in hoc
 iste adstat coram vobis sanus· hic est lapis qui re
 probatus est a vobis aedificantibus qui factus
 est in capud anguli et non est in alio ullo salus
 neque enim est aliud nomen sub caelo datu
 hominibus in quo oportet nos salvos fieri

Ceterum eadem textus indoles est locis ex Vetere Testamento allatis. In iis locus
 Iesai. 40, 26 sqq. folio LXXIV. scriptus multas ob causas memorabilis est.

Levate in excelso oculos vestros et videte cum qui e
 ducit in numero milia hominum et omnes ex nomi
 ne vocat· quare dices iacob et loqueris isrl
 abscondita est via mea a dno· et a do meo iudiciu men
 5 transibit· numquid nescis aut non audisti· ds sem
 piternus dns qui creavit terminos terrae non defi
 ciet neque laborabit· nec est investigatio sapientiae
 eius· qui dat lassis virtutem et his qui non sunt for
 titudinem et rubur multiplicat· deficient pueri
 10 et laborabunt· et iuvenes in infirmitate cadent·
 qui autem sperant in dno mutabunt fortitudine
 adsument pinnas sicut aquilae· current et non la
 borabunt· ambulant et non deficient· taceant
 ad me insulae et gentes mutent fortitudinem·
 15 adeedant et tunc loquantur· simul ad iudiciu
 propinquemus· et vos servi mei quos eleli¹⁾ ne ti
 meatis quia vobiscum ego sum et ne declinetis

¹⁾ Sic, vitio scribentis, pro elegi.

quia ego dñs vester confortavi vos et auxiliatus
 sum vestri et suscepi vos de terra· ecce confun-
 dentur et erubescunt omnes qui pugnant adver- 20
 sum vos· et erunt quasi non sunt et peribunt
 viri qui contradicunt vobis· quaerites eos et non
 invenientis viros rebellantes vobis· erunt quasi
 non sint· et velut consumptio homines bellan-
 tes adversum vos· quia ego dñs dñs adprachen 25
 dens manum vestram· posui vos quasi plaus-
 trum triturans novum habens rostra serra-
 tia· vos ergo ne timeatis neque paveatis quia ego 28
 custodivi vos 29

XVI.

DE EVANGELIORUM CODICE GRAECO GUELPHERBYTANO XVI, 16.

Esse in bibliotheca Guelpherbytana etiam Graecum evangeliorum codicem, dudum inter viros doctos notum est. In codicum indicem receperunt et Griesbachius et Scholzius numero 126. insignitum, saeculo adscriptum undecimo, quod non improbo; addidit quoque Scholzius ex Alexandrino eum genere esse: sed lectiones codicis paucissimae tantum Knittelio auctore inter viros criticos hucusque innotuerunt. Propterea nuper nactus otii aliquid operam dedi ut qua esset indole, quo pretio, cognoscerem accuratius. Nec reperi indignum cura critica: eiusmodi enim est ut multa contineat ex antiquissimis fontibus derivata. Tamen non omnia quae a plerisque testibus differunt antiquitatem magis quam negligentiam produnt, atque insuper recentiorum temporum ratio locis multis cum antiquiore mixta est. Inprimis notabilia sunt quae cum paucis tantum testibus iisquae antiquis communia habet, cuiusmodi est Matth. 28, 7. καθὼς εἶπεν ἡμῖν, qua in lectione duos modo Latinos codices, Graecum nullum assentientes habet. Adscribere autem placet textus specimina quae excerptimus omnia. Quibus lectionibus longe plerisque manu quadam satis recenti lectio recepta quam vocant in margine adscripta est.

Matth. I, 18. confirmat γέννησας II, 6. habet εἰς οὗ γὰρ 8. προσπαρήσας αὐτόν 11. habet εἶδον 12. om. δι' ἄλλης ὁδοῦ III, 3. habet τῆς ὁδοῦ τοῦ καρίου 4. αὐτὸς δὲ Ἰωάννης III, 8. καρπὸν αἰῶν IV, 4. γήραται ὅτι ὄνα, ibidem confirmat ἀνθρώπος absque articulo 18. om. ὁ Ἰησοῦς 22. habet ἀγέρτες τὰ δάκτυλα V, 23. καὶ ἐκεῖ 27. om. τοῖς ἀρχαίοις 31. habet ὅτι ὁς ἂν ἀπολίσσῃ 44. τοῖς μωσῶνιν 47. τοῖς φίλοις et τὸ αὐτὸ VI, 18. om. ἐν τῷ γενεῶ VII, 14. habet τί στενή VIII, 15.

δυσκώου αὐτῶν 25. προσελθόντες οἱ μαθηταί IX, 14. οἱ δὲ σοὶ μαθηταί 27. om. αὐτῶν 36. habet ἐρημίον X, 4. ὁ (sic) καὶ παρῶκεν 8. om. νεκροὺς ἐγίγνετο 10. habet ὡς 38ον 25. ἐπεκάλυψεν et οὐκ αἰσχυρὸς 28. ἀποκτενίσαντων 39. ὁ εἶν. τ. ν. ἀντ. σώσει 42. πηροῦν a prima manu XI, 15. παύσεις ἐν ἀγοραῖς καθήμενος et τοὺς ἐτίμως 21. χορεύει et βιταιοῖδα (hoc. acc.) XII, 3. ἐπέτασαν absque αὐτοῖς 6. μείζον 8. ἔστιν τοῦ absque καὶ 13. confirmat ἀποκατεστάθαι 21. τῷ σπ. ὀνόματι 29. διαφύσῃ 32. ἐν τῷ τῶν αἰῶνι 35. om. τῆς καρδίας et τὰ ante ἀγαθὰ 44. καὶ εἰδὼν 45. καὶ τότε παρ. x. λαμβάνει 47. om. versum XIII 1. εἰδὼν 14. ταῦτα· item ἡ προσκεῖται absque 'Ἡσαΐα 33. ἐλάλουν αὐτοῖς λόγον 35. ἀποκακημμένα 40. καίεται XIV, 26. ἐπὶ τῆς θαλάσσης 28. om. πρὸς σέ XV, 5. τὴν μετῆς absque αὐτοῦ 25. προσελθούσα προσκίνησεν 32. ἡμῶν XVI, 28. τῶν οὐδε ἑστῶτων XVII, 2. ἐγένετο XVIII, 6. εἰς τὸν τριῶντων 11. ζήτῃσι καὶ σώσει 29. καὶ ἀποδώσει σοι 31. ἐκείνων XIX, 9. μὴ ἐπὶ absque εἰ 19. τὸν πατέρα absque σοι, tum ὡς ἐκείνῳ 26. om. τοῦτο, item om. ἔστιν 28. ἐπὶ δὲ δὸς, ὁρίσων XX, 2. καὶ συμφορήσας et ἐργαζὼν αὐτοῦ 3. om. τῆς et ἐν τῇ ἀγορᾷ 9. ἀπὸλόντες 23. ἡτόμ. παρὰ τοῦ 25. om. καὶ οἱ μνη. κατέξουσ. αὐτῶν XXI, 8. τὰ ἡμάτια αὐτῶν 21. ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σιτάτου 29. om. ὅν 36. ἐποίησαν ὡσαύτως absque αὐτοῖς XXII, 10. πάντας οὓς 16. τῇ ὁδῷ τοῦ κυρίου 23. om. οἱ XXIII, 30. bis ἡμέθα XXIV, 2. ὡς σὲ καταλῇ. 9. πάντων τῶν ἰδόντων 15. confirmat ἑστῶς 17. τὰ ἐκ τῆς 20. μετὰ σαββάτῳ 24. om. μεγάλη 30. om. τοῦ νῦν 32. ἐσθρῆ 36. καὶ ὥρως 45. ὅτ. κατ. ὁ κηρ. αὐτῶν 49. ἰσθίει δ. κ. πίνει 51. ἐπιτρέτων pro ὑποκριτῶν XXV, 1. τοῖς τυμῶνος 3. λαμπρὰ. αὐτῶν 7. om. ἐκείνου 9. μὴ ποτε σὺν ἀρώσει 44. om. αὐτῶν XXVI, 33. Εἰ πάντες et ἡγὰ δὲ 35. οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, omisso εἶπον 36. γαστριμακί 48. 'Ὅν εἰᾶν 50. ἐγ' ὁ 52. ἐν μαχαίρᾳ. ἀποθανοῦνται 63. εἰ σὺ omisso εἰ 74. καταδηματίουν XXVII, 30. ἔτιπτον τῆς 33. γοῶνθά (hoc. acc.) ὁ ἔστιν 35. om. ἵνα πληρωθῇ usque κλῆρον 46. ἧλ', ἧλ', λιμὲ σαββατίζει 64. νεκρὸς κλέψουσιν XXVIII, 7. καθὼς εἶπεν ὑμῖν pro ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν 10. καὶ ἐκεῖ 19. om. σὺν. Subscripta habet haec: συντεράσει τὸ κατὰ μαθεῖν ἄνω εὐαγγέλιον μετὰ ὅκτω χρόνος τῆς χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀναλήψεως' ἐξεδόθη εἰς ὧν φωνῇ τῇ ἐξῆραϊθ' στίχῳ, βλ'.

Multo pauciora lectionis exempla ex evangelis reliquis excerptimus. Marci evangelium inscriptum habet: ἀρχὴ τοῦ κατὰ μάκκον ἀγίου εὐαγγελίου. I, 5. est ξεπορεῖντο, ibidem om. πάντες 13. om. ἐν τῇ ἐρήμῳ 14. om. ὁ αὐτοῦ 'Ἡσούς 15. habet λόγον absque καὶ 28. μετὰ δὲ 'Ἰακώβον II, 7. οὕτως, non οὕτω 14. λενὶ III, 5. τὴν χεῖρα absque σοι, item ἀπεκατεστάθαι 20. συνέρχονται 29. βλασφημῶσι IV, 4. om. τοῦ ἀνθρώπου 7. εἰς τὴν γῆν καλὴν 8. ter ἐν 9. om. αὐτοῖς 13. καὶ πῶς γνώσεσθε τὰς παραβολὰς 15. om. δὲ 18. om. οὕτω εἶον 30. παραβύλλομεν 33. ἐδῆντο V, 3. εἰδῆντο 4. ἀντ. ὥχτες 6. προσκύνει αὐτῶν 11. πρὸς τῷ ὕει 16. οἱ ἰδοῦτες 40. εἰσαφωρῶντες et in fine κατακείμενον VI, 11. om. ἡμᾶς 17. ἐν φυλακῇ 18. ἔχειν γυναῖκα VII, 35. ἀντῳχθῆσαν VIII, 24. ἀνθρώποι, οἱ ὡς 25. confirmat ἀποκατεστάθαι et ἅπαντας 26. εἰς οἶκον αὐτοῦ IX, 50. ἀρτίσεται X, 27. παρὰ Θεοῦ et δυν. ἰστ. παρὰ τῷ πιστεύοντι Θεῷ 28. ἡρξ. δι' ὁ Πέτρος, λέγει XI, 18. ἀπολέσονται 31. διὰ τί absque σὺν XII, 1. ἐν παραβ. λόγων 14. om. ἀνθρώπων.

Luc. I, 2. om. γενόμενος II, 28. ὠδῶντο αὐτῶν III, 23. ὡς ἐπὶ, ibidem ἦλ'ε 24. μελεῖ 25. ἰσάει, ἰαγγεῖ 26. σεμμεῖ 27. 28. 31. ὀρσά, ἦρ, μελεά: his accentibus 28. μελγεῖ 29. λενοῖ 31. δαίμν (sic)

32. *ναυαίων* 33. *ἀμναδῆμ*, item τ. *ἀράμ* τ. *ισράμ* 35. *αιρούχ*, item *θαλέγ* IV, 9. *Εἰ νῖος* 18. *ἐναγγέλι-
σασθαι* et *εἰνεκε* 38. *περθερά* δὲ V, 13. *ἐθ.* *ἐκαθυρίσθη ἢ λέπερ.* *ἀπ'* αἰτ. 25. *ἐφ'* ὁ 36. *τό* ἀπό VII, 9.
οὔτε 37. *ἐν* τῇ πόλ. *τις* ἦν VIII, 8. *καρπ.* *ἐπταπλασίονα* IX, 58. *κλίμα* XI, 26. *ἠλόντα* XVIII, 2.
ἐν τῇ πόλει XXII, 12. *ἀνάμωον* XXIII, 35. ὁ νῖος τοῦ θεοῦ ἐλκετός.

Ioh. I, 10. om. καὶ ὁ κόσμ. 8. α. *ἐγέν.* 29. om. ὁ *Ἰωάν.* 38. om. δὲ 49. om. ὁ ante *Ἰησοῦς*
II, 16. *μή* ποιεῖτε 17. *καταράγεται* 18. om. *ὅτι οἱ* III, 12. *πιστεύετε* 15. *ἐχμ* IV, 3. om. *πάνν* 25.
μοσίας 28. om. *ἀντὶς* 35. om. *ἐν*, ibidem habet *ἐν* *ἀντὶς* 40. *ἴμενα* 47. *ἐπὶ* V, 19. om. *ἀν*
34. habet *παρὰ* ἀνθρώπων 35. *ἀγαλλιασθῆναι* VI, 10. *ἀνέπειται*, ibidem om. *ὅτι* 39. *ἀναστήσω* αὐτὸν
τῇ ἰσχ. *ἐμ.* 42. om. *Ἰησοῦς* 45. *δοῦναι* τοῖς *ἀκούων* 70. om. ὁ *Ἰησοῦς* 71. *ἠμῶν* VII, 12. *ἄλλοι*
ἔλεγον 39. ὁ *πρὸ* αὐτοῦ 40. *τῶν λόγων* VIII, 6. *ἔγραψεν* 7. *πρώτος* ἐπ' αἰτ. *λεθ.* *βαλ.* 8. *ἔγραψεν* 9. *ἐν* μίᾳ
σῆμα 10. om. ἡ *γενή* 11. *κρινώ* hoc accentu.

XVII.

In pluribus itineribus meis ad pervestigandos bibliothecarum libros mas. susceptis operam etiam dedi excutiendis Philonis Iudaei codicibus. Feci id potissimum auctore et sūsore Christ. Gottl. Leber. Grossmanno, quo nemo est qui plus studii ad amoris, plus diligentiae aut sagacitatis posuerit in tractandis Philonis operibus. Quam Grossmannus longissimo ex tempore novam operum scriptoris istius gravissimi editionem praeparat, ea ex collationibus meis codicum fere triginta ubique terrarum dispersorum non modo apparatum habebit locupletissimum et textum prioribus editionibus multo correctiorem¹⁾, verum etiam aucta erit ineditis nonnullis quae in Italia reperire mihi contigit. Quae inedita spes est iam propediem lucem visura esse Grossmanno viro S. Ven. et editore et interprete. Nunc ipsam vero nobis visum est edere quae nuper Cairini in bibliotheca patriarchae Alexandrini excerpsumus ex codice saeculi decimi sententias antiquorum scriptorum collectas continente. Sunt enim haec eiusmodi ut haud raro nec sine probabilitatis specie ab editis differant. Quod quo facilius iudicari possit, adponemus plerumque editionis Mangeianae lectiones. In iis quibus nullum editionis locum adseripsimus, nescio an sit quod lucem nondum viderit; plura unde decerpta sint, qui Philonis opera penitus nota habent facile dicent.

1. *Αἱ ἐκ χειρμάτων καὶ χειρμάτων ἱπιθεμίαι τοῖς χρόνοις ἀναλάσκουσι* χρόνον δὲ *φθίδεσθαι* καλῶς. Cf. Phil. opp. ed. Mang. II. pag. 474. Ibi vero est: *Αἱ γὰρ χειρ. κ. κτημ. ἱπιμῆλαι* etc.

2. *Τὰ καλὰ καὶ φθόροι πρὸς ὀλίγον ἱπισκασθῆναι* χρόνον, *ἐπὶ* καμφ *λεθόντα* αἰθῆς ἀναλάμει. Cf. I. l. II. pag. 672. Ser. XCIX. Ibi est: *Τὰ καὶ ὑπὲρ φθόρου περ. ὡ. ἱπισκασθέντα* χρόν. etc.

3. *Μεῖζον* ἀνθρώπων *κινῶν* ἀφροσύνης *αὐτὸν* ἴσται, *τὸ* ἴδον τοῦ λογιστικοῦ γένους *τὸν* τὸν *ζῆμ.* *θῆναι*. Cf. I. l. II. pag. 648. P. 363. A. Ibi est - *ἴσται*, τοῦ ἴδων τοῦ λογιστοῦ γένους *τὸν* τὸν *ζῆμ.*

¹⁾ Ad rem criticam in operibus Philonis recte faciendam perquam grave est quod inveni codicem unde princeps editio fluxit. Qui quum ex recentissimis sit, apparet Mangeium textum a Turnebo editum male fecisse tanti ut non facile nisi ex plurium auctoritate testium mutandum censeret. Ceterum, ut id obiter addam, non debebat Mangeius Francofurtensem editionem sequi pro principe: ab hac enim illa saepe ita discedit ut auctoritatem plane nullam habent.

4. Ἐρχοῦσιν ἔθος γένεως κραταιότερός ἐστιν· καὶ (ed. addit τὰ) μικρὰ μὴ καλοόμενα ἀμειψόμενα (ed. omittit ἀμειψ.) γένεται καὶ ἰπιδύσεται πρὸς μέγεθος συναιξίσματα (ed. αἰξίσματα). Cf. I. I. II. pag. 674. Περὶ σσιθίας etc.

5. Οὕχ ὡς τὸ ἰσχυρότερος ἀμειψόμενος ἐστὶν ἄδικον, ὅπως τὸ ἀσθενέστερος καὶ κατὰ ἄγνοαν ἐθέλῃ δικαίον· ἀλλὰ τάχα πον μεθόσιν ἀμειψοῖν δικαίον καὶ ἀδικον, τὸ ἐπὶ τινα καλούμενον ἀδικόροον. ἀμειψόμενος οὐδὲν ἔχον δικαιοσύνης. Cf. I. I. II. pag. 651. P. 526. B.

6. Οἱ ἑαυτὸν μόνον ἔνεκα πάντα πράττοντες φιλαντίας (ed. φιλαντίας) μέγιστον κακὸν ἐπιτελοῦσιν. Cf. I. I. II. pag. 662. ab initio.

7. Τοῦ σπύλον ἔνεκα μὲν τὰ ἐθέματα, ἔνεκα δὲ τὰ ἐρήματα, ἀλλὰ δὲ αἱ πράξεις, διάφορα δὲ πάντα καὶ μεχόμενα. Cf. I. I. pag. 663. extr. Ibi pro ἄλλῃ editum est πολλάι, et extrema sic habent: διὰ. δὲ καὶ μεχόμε. πάντα πάντων.

8. Φρόνησις τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἄρχη· μῖσος ὁ σοφός ἐλπίθιρός τε καὶ ἄρχων, καὶ μῖσος τοῦ σώματος ἔχει δεσπότης. Cf. I. I. I. pag. 252. § 41. excurrente - - - ὅτι ὁ σοφός μόνον ἐλευθέρως τε κ. ἄρχ. καὶ ἂν μῖσος etc.

9. Φίλον ἡγήσαντο τὸν βοηθεῖν καὶ ἀνταρτελεῖν ἐθελοντα, καὶ μὴ δύνανται. Cf. I. I. II. pag. 659. P. 788. Φίλων . . . ἐθελοντας, καὶ ἂν μὴ δύνανται.

10. Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς οἰκίας οἷον εἴη σοὶ τὸν θεὸν γενέσθαι· ὡς γὰρ ἀκούομεν ἀκουσθῆναι ἐπὶ τοῦ θεοῦ (ed. om. ἐπὶ τ. θ.), καὶ ὡς ἀρώμεν ἀρασθῆναι ἐπ' αὐτοῦ (ed. ἐπὶ αὐτοῦ)· προσεγγένωμεν (rectius editum est προσεγγ.) οὐκ τοῦ ἐλθεῖν τὸν ἑλπον, ἐὰν τῷ ὁμοίῳ τὸ ὁμοιον ἀντιλάβομεν. Cf. I. I. pag. 672. Ser. LVII.

11. Οὐδὲν ὅπως ἐνάγωγον εἰς ἐννοιας ὡς ἡ τῶν (ed. om. τῶν) ἐνεργημάτων εἴδημα. Cf. I. I. II. pag. 671. Ser. XLIII.

12. Ἀποστρέφον τῶν καλῶν τοὺς ἀπατελοὺς λόγους· ἐξαμείβοντες γὰρ τοὺς τῆς ψυχῆς (ed. om. τ. ψυχ.) λογισμοὺς οὐ συγχωροῦσιν τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν· ἢ γὰρ etc. Extrema usque κρείττονα ab editis non differunt. Cf. I. I. II. pag. 671. Ser. LII.

13. Πλοῦτον κάλλος (ed. πλ. γὰρ τὸ κάλλ.) οὐκ ἐν βελαντίας, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν χρηζόντων ἱκανοφία. Cf. I. I. II. pag. 61. lin. 42.

14. Ὁ σπουδαῖος ἀγαθός, ἀθανάτος καὶ θνητὸς γένεως μεθόσιν (rectius ineditis μεθόσιν), τὸ μὴ ἰπιδεῖς ἔχον διὰ σώμα θνητόν, τὸ δὲ μὴ πολιδεῖς (ed. πολυελίς) διὰ ψυχῆς ἐρημμένη ἀθανάσιος. Cf. I. I. II. pag. 377. lin. 12.

15. Ἀμείψοντα τὰ μέγιστα πρὸ τῶν μικρῶν πειθεσθῆναι. Cf. I. I. II. pag. 90. lin. 38. ubi est τελεσθῆναι pro πειθεσθ. Querenti utrum praestet adhibenda sunt quae proxime praecedunt.

16. Ἀξίως οὐδέως (ed. οὐδὲ εἰς) τὸν θεὸν τιμῆ, ἀλλὰ δικαίως μόνον· ὅπως οὐδὲ τοῖς γονεῦσι usque οἷον τε τοῖσιν. Cf. I. I. I. pag. 89. lin. 20 sq.

17. Οἱ γονεῖς μεταξὺ θείας καὶ ἀνθρωπίνης γένεως (γένεως in ed. ex coniectura adpositum est) ἐσὶ (hoc accentu codex) μετέχοντες ἀμειψοῖν· ἀνθρωπίνης μὲν, ὡς ἐστὶ δῆλον, ὅτι καὶ γενέσθαι καὶ φθαρῆσθαι· θείας δ' ὅτι (ed. δι' ὅτι) γεγενῆσθαι καὶ τὰ μὴ ὅτια εἰς τὸ εἶναι παρῆλθον. καὶ ὅτι (ed.

ὅπερ γὰρ) οἷμαι θεὸς πρὸς κόσμον, τοῦτο (ed. οὕτως) πρὸς τέσσα γονεῖς· ἐπιυὴ ὡς αὐτοῖς τῷ μὴ ὑπάρ-
χοντι ἔπαρξεν κατεργάσασθαι, καὶ οὕτοι μμοῖσμενοι καθ' ὅσον οἴονται (corrigendum cum ed. οἴον τε, sed
etiam in cod. Barocc. 143. scriptum est οἴονται, vide II, 199. notam d.) τὴν ἐκείνων δόξαν τὸ
γίνος ἀθανατίζουσιν. Cf. de parentibus colendis apud Mai. 9. et 10.

18. Τὸν ὁμῖντα μᾶλλον ἐπ' ἀδίκῳ (ed. ἐπὶ ἀδίκῳ) θεῷ (Mai. ed. θεῶν) ὁ τὴν φύσιν ὕλας (ita
codex; ed. ὕλης) οὕτως τῆς αἰτίας ἀπαλλάξαι δοκᾷαυτον καὶ μαρὸν ὄντα, καὶ (ed. καὶ αὐ) διαφύγῃ
(ed. διαφύγει et διαφεύγῃ) τὰς ἀπ' (ed. ἀπὸ) ἀνθρώπων (Mai. ed. ἀνθρώπων) τιμωρίας· διαδιδράσκειται
δ' ὀδύποτε (Mai. διαδράσκειται δ' οὐδ.). Cf. de parent. colend. ap. Mai. 28 et 29; item ap. Mang.
II. p. 672. Ser. LXXXVII.¹)

19. Τίνα ἔτερον εὐ ποιήσουσιν οἱ τῶν συγγενεστάτων καὶ τὰς μεγίστας παρασχόμενοι (ed. παρ-
ισχημένοι) δωρεὰς ἀλγυνοῦντες, ὧν ἔναι δι' ἐπιβολὴν οὐδ' ἀμοιβὰς ἐνδεύονται. πῶς γὰρ (ed. rectius
add. αὐ) ἡ γεννηθεὶς ἀντιγεννησὶ δύναιτο usque οὐ δυνάμενον. Cf. I. I. II. pag. 199. lin. 32 sqq.

20. Τῷ μὲν ἀγνοεῖ τοῦ κρείττοτος διαμαρτάνοντι συγγνώμην παρεστήχεται (ed. δίδεται, sed cum
nostro facit cod. Barocc. 402.)· ὁ δὲ ἐξέπιπτες (item cod. Barocc. 402; sed. ed. ἐξ ἐπισπίμης)
ἀδίκων ἀπολογίαν οἶα ἔχῃ. Cf. I. I. II. pag. 518. lin. 29.

21. Φοδρῶμεν οὐχὶ ῥόσον τὴν ἐξοθεν ἀλλ' (ed. ἀλλὰ) ἀμαρτήματα δι' αὐ (ed. διὰ αὐ) ἡ ῥόσος,
καὶ (ed. om.) ῥόσον ψυχῆς, οὐχὶ σώματος. Cf. I. I. II. pag. 674. Περὶ ἀμαρτίας.

22. Εὐκότως μάλιστα μὲν θανάτου, πᾶν δὲ καὶ ὑπόγραμμον τῆς αἰθῆς ἰσομήτης (ed. ἰσομήτης)
ἀναβλώσκους τὸν ὄπτον οἱ τὰ ἀληθὴ πεφορηγότες ἀπαφάντα usque ἐξ ὁλοκλήρου. Cf. I. I. II. pag. 667.
Περὶ ὄπτον.

23. Ὁ μὲν τὸν νότον γένων γέννη (ed. add. καὶ) τὰ ἀγαθὰ· ὁ δὲ (ed. δ' αὐ) ἐλκτικῶς· καὶ
ἰνδρείως ὑπομῖνον τὰ δοκαριζήντα σπεύδει πρὸς μακρυώτητα. Cf. I. I. II. pag. 162 sq.

24. Ἀναυδὲς βλῆμμι καὶ μετέωρος αἰχὴν καὶ συνεχρὴς κήρυξος ὁρῶν (ed. ὁρῶαλμῶν) καὶ βάδισμι
σεσοβρῖνον καὶ τὸ ἐπὶ μεθ' ὧν φαῖλον ἐρεθρῶν σημεῖα ψυχῆς ἵσται (ed. ἵσται ψυχῆς) αἰσχίοντες, τοῖς
ἀθανεῖς τῶν οὐκ αἰών ὄντων τύπους (ed. τόπους, quod corruptum esse apparet) ἐλγγραφοῖσιν τῷ
φασερῷ σώματι. Cf. I. I. II. pag. 652. P. 658.

25. Ὅσα ἵσται παρὰ θεοῦ (ed. ἵσται παρὰ θεῶν) οὔτε ποτὶρον ὄντα ἀπολίσαι τὸν ἀγαθὸν μαθὼν
περὶ ἐνὸς ἀγαθοῦ μετὰ πλείονων κακῶν πεπραγμένων, οὔτε πάλιν ἀγαθὸν ὄντα ἀπολίσαι τὴν κόλασιν καὶ
μὴ λαβεῖν αὐτὴν ἢ μετὰ πλείονων ἀγαθῶν, ἵάν τι (ed. λαβ. αὐτ. εἰ μετὰ πλ. ἀγ. ἐν τῇ) γένεται ποτὶρον
(ed. ποτὶρεῖον)· ἀνάγκη γὰρ usque τὸν θεόν. Cf. II. pag. 649. P. 349. A. Hoc quidem loco
editus textus nostro antefereendus videtur.

ἡ Hac occasione data in textu eiusdem de parentibus colendis libri ab Ang. Maio primum edito
locum cum alius multis ab ipso vitiose ex codice descriptum corrigam. Edidit enim ille §. 9. Ἄλλ' οἷχ
οἷτος ἵσται τις ἀνόητος ὡς ἵνα τῶν πλαττόνων κτεῖνον τοῖς αἰτίαις, ἐπὶ τοῖς μελῶσιν — τὰν μεῖζον δι' αἰσθήματα τοῖ
πρὸς γονεῖς κατηγορημένοι· καὶ ἔβρωζόνον τὸ περὶ τὴν ἱερὰν πρόσφρσιν θεοῦ γινόμενον ἐκ ψευδοφῆας — (ἱστικαί
χρῆσται). Quem in modum quae malo legendo corruerat, frustra studuit coniectura sanare. Scribendum
enimvero ita: Ἄλλ' οἷς οὔτως ἵσται τις ἀνόητος ὡς ἵνα τῶν πλαττόνων κτεῖνον τοῖς αἰτίαις ἐπὶ τοῖς μελῶσιν τῶν
μεῖζον δι' αἰσθήματα τοῖ πρὸς γονεῖς κατηγορημένοι· καὶ ἔβρωζόνον τὸ περὶ τὴν ἱερὰν πρόσφρσιν θεοῦ γινόμενον
ἐκ ψευδοφῆας.

26. Οἱ ἄνθρωποι πέρας τιμωρῶν εἶναι νομίζουσιν τὸν (ed. om.) θάνατον· ἐν δὲ τῇ θείῃ δικαστικῇ μόρῃ οὕτως (cod. οὕτως) ἐστιν (ed. ἔστ. οὐτ.) ἀρχή. Cf. l. l. II. pag. 419. lin. 25.

27. Τῆς Φιλανος γενναῖος. Ἡ Φιλανος γεννῆ ἐρωτηθῆσα ὑπὸ τιος (ed. om. ἰ. ε.) ἐν συνόδῳ πλείονος γενναῶν, διὰ τὴ μόνῃ τῶν ἄλλων οὐ φορεῖ χρεοῦν κόσμον (ed. κόσμ. χρ.), ἐξ Ἀτίτακος κόσμος ἐστὶ (hoc acc.) γενναῖ ἢ τοῦ (ed. om. τοῦ) ἀνδρὸς ἀρετῆς. Cf. l. l. II. pag. 673. Ser. CXXIII.

Ab editis nihil differunt quattuor haec: 28. Τῶν πολιτικῶν ἰὰν usque οὐκ ἔχοντα II, 661. 29. Ἀναισχρίτια μὲν ἴδον θανάτου usque καὶ ἀσχημαθίως II, 672. Ser. LXXIX. 30. Ἀνάγκη ἀπαιεῖ καὶ (nisi quod ed. καὶ ἀπαιε. καὶ habet; nescio an καὶ prius rectius desit) usque διωσθήσθαι I, 85. 31. Συγγνώμῃ αὐτοῖς ἀμαρτημάτων usque γίνεται ἀπαλλαγὴ II, 670. Ser. VIII.

